Duo fratres ad abbatē heliam venerunt impugnati a cogitatōnib' Et videns eos senex q̄ corpulēti eēnt tāq̄ ad discipulū ei' subridēs ait Ue frater ego erubesco pter te q̄ sic entristi corpus tuū cū certe pfitearis te monachū Pallor ei cū humilitate ⁊ macies decus est monachi. .lij.

Quidā frater quantū plus euz aliq̄s iniuriabať aut irridebat tanto magis ille currebat dicens Isti sūt q̄ nobis occasionē p̄bēt ad pfectū nostrū. q̄ aūt beatificāt nos pturbāt animas nrās. Scriptū est enī qm̄ hi qui beatificāt vos ipsi decipiunt vos.

Abbas moses .liij. aliquando edificauit sibi cellulam ī loco qui dicitur eracleona. Et cum ibi a multis molestaretur alterum locum introgressus est et similiter etiā ibi construxit habitaculum. Sed p

insidias diaboli quidaz frater inuen
tus est illic qui p inuidiam semp cuz
eo haberet Propter qd surrexit ind
et ad propriū regressus est vicū. ⁊ fe-
cit sibi illic quoqz cellulam et reclusit
semetipm in ea. Post tempus autem
aliquantum congregati sunt senes d
illo loco vnde egressus est. deducētes
secum etiā illū fratrem cum quo ha-
buerat litem quaten⁹ rogarent eum
ut rediret in speluncaz suam Postqz
vero in vnū locum venerunt tā melo
tes suas q̄ illum fratrem ibidem de-
reliquerunt. ipsi autem profecti sunt
ad senem. Et pulsātibus illis aperta
fenestra respexit eos et ꝯgnouit dixit
qz eis Ubi sūt melotes vestre? At illi
responderunt Ecce hic in vicino sūt
vna cum illo fratre qui tecum irā ha
bebat Hoc postq̄ senex audiuit ⁊ il-
los cognouit pre gaudio ostium per
quod ingressus fuerat secure confre
git. Et egressus cucurrit vsqz ad lo-
cum vbi erat ille frater et prior ipse
penitentiā agere apud eū cepit ⁊ am
plexus est illum. Et introduxit illuz
in cellam suam et per tres dies cōui
uatus ē cū talib⁹ qui nunq̄ habebat
cōsuetudinē ut ieiuniū solueret. Sur
rexitqz postea et profectus ē cuz illis

Alter frater reqsiuit liiij
senem achillem dicens Cur sedens ī
cella mea. patior accidiaz? Cui senex
ait Quia necdum vidisti requiem fi-
li quā speramus nec tormenta que ti
memus Si enim ea diligenter inspi
ceres etiam si vermibus plena eēt cel
lula tua vsqz ad collum. tu tamen in
ipa iaceres sine accidia

Quidam senex erat .lv.
in inferioribus heremi partibus ⁊ se
debat quiescens in spelunca. Un⁹ aūt
secularis homo religiosus ministra
bat ei Contigit vero ut filius secula-
ris illius infirmaretur. Multis ergo
p̄cib⁹ postulabat senem ut veniret ī
domum suam et faceret oratiōem ꝓ
infante Et surgens senex ambulabat
cum eo Ille autem precessit eum ⁊ in
gressus in domum suam dixit. Veni
te in occursum anachorite Quos cū
senex vidisset de longe egressos cum
lampadib⁹ sensit quod ad se venirēt.
et statim despolians se vestimēta sua
misit se in flumen et cepit lauare stās
nudus Ille autez qui ministrabat ei
videns hec erubuit et rogauit hoīes
dicens Reuertimini. senex enī noster
sensum perdidit. Veniens vero ad se
nem dixit ei. Abba quid hoc fecisti?
Omnes enim qui te viderunt dixerūt
q̄ demonium habet senex Cui ille re
spondit Et ego volebaz hoc audire

Tempore .lvi.
quodam abbas macharius dum ad
montem nitrie ascenderet discipulo
suo ut parū ipm p̄iret īperauit Qui
cum illuz preiret obuiauit illi quidā
sacerdos idolorum cursu concito ve
niens et lignum grande portās. Cui
exclamans ait. Quo curris demon?
At ille iratus tantis euz plagis affe
cit ut exanimē pene relīqueret. et re-
licto eo sacerdos idolorum currebat
iterum Progressusqz paꝝ obuiauit
btō machario Qui ait ad euz Salue
ris laborator salueris. At ille ammi
ratus ait. Quid in me boni conspexi
sti ut ita me salutares. Cui senex ait.
Quia vidi te laborantē et curris ig-
norāter Cui sacerdos ait Et ego ex
salutatione tua compunctus magnū
dei seruum te esse cognoui. nam alter
nescio quis miserabilis monach⁹ oc-
currēs mihi iniurias fecit. sed ego illi
plagas pro verbis imposui Tunc te

nens pedes sancti macharij proclama
bat dicens Nisi monachum me fece
ris non desistā. Pergentesq; pariter
venerunt ad locum in quo cesus frat
iacebat. Quem vtriq; tollentes quo
niam incedere non poterat manib⁹
in ecclesiam pertulerunt Cum autez
ceteri fratres vidissent sacerdotē illū
cum beato machario comitantē stu
pefacti monachum eum cum ammi
ratione perficiunt ac multi propter
illum ex paganis facti sūt christiani.
Dicebat ergo abbas machari⁹ quia
sermo superbus et malus etiam bo
nos viros conuertit ad maluz. sermo
vero humilis ⁊ bonus etiam malos
mutat in melius. lvij.

Beatus Anthonius retulit se vi
disse omnes laqueos inimici sup vni
uersam terram explicatos Et cuz su
spirans dixisset quis posset hos eua
dere. vocem ad se dicentem audiuit.
Humilitas sola pertransit anthonij
quam nullo modo valent contingē.

Idem beatus Antho lviij
nius cū in cella propria oraret venit
ad eum vox dicens. Anthoni necdū
ad mensuram coriarij istius que ī ale
xandria ē ꝑuenisti Quo audito senex
consurgēs mane arrepto baculo fe
stinus aduenit alexandriam. Cunq;
ad designatuz hoīem ꝑuenisset et in
gressus fuisset ille viso tanto viro ob
stupuit. Cui senex dixit. Refer mihi
opa tua qꝛ propterea de deserto ve
ni. Qui respōdit nescio me aliquādo
boni aliquid ꝑpetrasse Unde et ex cu
bili proprio mane consurgens ante
q̄ in opa mea resideam dico ut om̄is
hec ciuitas a minore vsq; ad maiorē
ingrediantur in regnū dī propter iu
sticias suas. ego autez solus propter
peccata mea penam ingrediar sempi
ternam. quod verbum anteq̄ quiescā
sero ex cordis mei recenseo veritate.
Hoc audiens beatus anthonius di
xit ei Fili sic estovt bon⁹ artifex sedēs
ī domo tua cū requie. regnū dei ade
ptus es. Ego autem velut sine discre
tione omne tempus meum in solitu
dine conuersatus. necdum verbi tui
assumpsi mensuram . lix.

Dixit abbas Ipericius. Meli⁹
est comedere carnes ⁊ vinum bibere
q̄ comedere in vituperatōne carnes
fratrum Sicut enim susurrās serpēs
euam d̄ paradiso excussit ita qui fra
tri suo detrahit non solum suam sed
et audientis animam perdit.
.lx.

Quidam de senibus ex sichi di
scipulum transmisit in egiptum ut ei
camelum deduceret quatenus spor
tellas quas fecerat portaret ī egiptū
Cum autem deduceret camelum alt̄
senex obu⁹ ei venit et dicit ei. Si scis
sem frater qn̄ ibas in egiptū dixissez
tibi ut ⁊ mihi alterū camelū adduce
res Qd̄ cū ille frater ꝓprio abbati di
xisset p̄ nimia charitate dixit ei senex
Vade fili et duc ei camelū illū dicēs
qꝛ necdū parati sumus. ꝯple necessita
tē tuā et vade tu cū ipo in egiptuz et
iterum reduc nobis camelū ut et nrā
vasa portem⁹ Cunq; ergo hoc fecissz
frater et isset ad illū aliū senē dicens
Abbas pambo dicit qꝛ necdū para
ti sumus tolle et comple necessitatez
tuā Carrigauit senex camelū et iuit ī
egiptū Cū aūt discarrigasset iterum
ille frater reducebat camelū et dixit.
Ora ꝓ me pater Cūq; senex req̄sissz
q̄ ꝑgeret. rn̄dit. In sichim vado vt
etiā nrās sportellas huc deferā. Qd̄
cū audissz senex cōpūctus cepit peni
tere lachrymis dicēs Indulgete mi

hi dulcissimi qm̄ charitas vrā fructū meum abstulit. lxi.

Quidā frater dixit ad senē. Ecce abba freq̄nter interrogo seniores patres ut dicant nihi ꝯmonitōem de salute aīe mee et q̄cq̄d dixerīt mihi nihil ex ip̄is retineo. Erāt āt seni duo vasa vacua. et dixit ei senex. Uade et affer vinū ex ill' vasis et mittēs aquā laua illud et effunde et pone illud nitidū in locum suū. Fecit ergo ita frater semel ⁊ bis. Et dixit ei senex Utraq; vasa simul affer Et cū attulisset dicit ei senex. Quale est ex vtrisq; mundius? Respondit frater Ubi aquam misi et laui. Tunc senex dicit ei. Sic est ⁊ anima fili q̄ frequēter audit verba dei. Quāuis em̄ nihil retineat ex his que interrogat. tamen plus mundatur q̄ illa que non requirit lxij.

Abbas motues venit aliquando de loco qui vocatur ragitham ī partibus gebalonis. Erat autē cum eo et discipulus eius Uidens autem illum episcopus loci illius tenens eū inuitum presbyterū fecit Et dū pariter cōmorarent̄ dicit ei ep̄s Indulge mihi abba. scio enim ꝙ hāc cām nolebas sed ego a te bn̄dici desiderans hoc presūpsi Cui senex dixit. In hoc nunc laboro qr diuidi ab eo qui mecum est non possum. et solus non sufficio orationes meas implere. Dic̄ ei ep̄s Si scis eū dignū ordīo ego illū Rn̄dit abbas motues. Siq̄dē sit dign⁹ nescio. vnū āt scio meliorē illū ee̅ me. Ordinauit āt et illū. vtriq; tn̄ ita ꝑtransierūt usq; ad finē suū ut ad altare quantū ad oblatōem consecrandam nunq̄ accederēt Unde dicebat senex Cōfido in deo meo nō habeo grande iudicium propter ordinationem hanc quia oblationem non presumpsi offerre. nā ordinatio hec illorū est q̄ sine culpa sūt. ego aūt bn̄ me cognosco lxiij.

Quidaz frater sedebat in cella in egipto in magna humilitate precipuus. Habebat aūt sororē in ciuitate meretricē q̄ multis aīabus ꝑditio fuit. Frequēter ergo monebāt senes illum frēm et vix potuerūt ꝑsuadere ei ut veniret ad eā quaten⁹ ꝑ ammonitōnem suā posset peccatū qd̄ ꝑ eā fiebat vincere. Dū autem veniret ad locū quidā ex notis videns euz p̄cessit et nunciauit mulieri dicens Ecce frater tuus venit ad te de heremo Illa āt hec audiēs p̄ gaudio relictis amatorib⁹ suis q̄bus ministrabat capite discoopto ad occurrendū fratri egressa est. Et cū vidisset cū dum tētaret illuz complecti dicit ei ille. Soror mea charissima parce iaz aīe tue qm̄ ꝓpter te multi pereunt. considera quāta habes tormenta p̄parata nisi cito penitere festinaueris Illa autez contremiscens dicit ad eum. Et scis frater quia est mihi salus vel modo? Cui ille dixit. Si volueris est salus tibi adhuc Illa autem iactans se ad pedes fratris sui petebat ut eam secum deduceret in desertum. Cui frater dixit. Uade et cooperi caput tuū et sequere me. Cui illa respōdit. Eamus velociter. oportet enim magis me deformari ⁊ inter homines nudo capite ambulare q̄ in officinā peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularent monebat eā frater ad penitentiam Uidens autē ille quia fratres quidam obuiarent sibi. dicit ad eā Quoniam necdum om̄es sciunt ꝙ soror mea es parum de via secede donec isti transeant Quod cū fecisset postq̄m transierunt illi voca

uit eam frater suus dicens. Veni soror eamus viam nostram. Illa autem non respondit ei. Perquirens ergo ille inuenit eam mortuam et vestigia pedum eius plena sanguine. erat enim discalciata Tunc ille flens et eiulans nunciauit senioribus patribꝰ omnia que facta fuerāt. At illi contendebāt inter se de salutatiōe eius Manifestauit autem deus vni seni de ipsa eo q̄ nulla ei cura fuit de rebus corporalibus sed vt vulnus proprium sanaret neglexit omnia sua et suspirauit graviter et fleuit pro peccato suo. propterea deus suscepit penitētiam eius.

Quidam frater ex lxiiij. nitria parcior magis q̄ auarior ⁊ nesciens triginta argenteis dōm iesum venundatū centū solidos quos lima texendo collegerat moriēs dereliqt. Initum est ergo inter monachos de hoc consiliū. nam in eodē loco circiē quinq̄ milia diuisis cellulis habitabāt q̄d facto opꝰ esset. Alij paupibꝰ distribuendos esse dicebant. alij dandos ecce. nōnulli pentibꝰ eiꝰ remittēdos Machariꝰ vero et pābo et isidorus ceteriq̄ seniores prēs sctō in eis loquēte spū decreuerūt infodiendos esse cū dño suo dicētes Pecunia tua tecū sit in pditōem Et ne hoc crudeliter quisq̄ factū putet tantꝰ terror ⁊ pauor p totā egiptū cunctos monachos inuasit vt vnū solidū dimisisse grandis apud eos sit criminis lxv

Erat q̄dā grecꝰ adolescēs ī egipti q̄dā cenobio q̄ nulla ptinētia nulla opis magnitudīe flāmā carnis poterat extinguere Cūq̄ ad prēm monasterij hec eiꝰ tentatio plata fuisset hac ille eū arte seruauit Impauit cuidā viro graui et aspo vt iurgijs atq̄ cōuitijs insectareť adolescentē, et post irrogatam iniuriam prior venirz ad querimoniā. Cunqz impata sibi pficeret insup vocati testes pro eo loq̄bantur qui contumeliā fecerat adolescenti At ille flere cepit contra mendaciuz Quotidie gemitus. quotidie lachrime fluebant Sedebat solus q̄ amaritudine repletꝰ est. oīq̄z auxilio destitutꝰ ad iesu pedes iacebat Quid multa? Ita totꝰ annus deductus est Quo expleto interrogatus adolescēs super cogitationbꝰ pristinis vtrū ne adhuc aliquid molestie sustineret. respondēs dixit. Pape. viuere mihi nō licz quēadmodū fornicari libet? Ita ergo p̄ hanc artem spūali patre pcurāte adolescens superata libidine saluatus est.

Ex tertio libro vitaspatrum

Empore maxi lxvi miani pſecutoris pulcherrima puella fuit ancilla cuiusdam quam multis inuitās pmissiōibꝰ dñs eiꝰ decipe eā non potuit. Nouissīē āt exardescēs ī iracūdiā tradidit eā tūc pstituto pfecto alexādrie interficiēdā q̄i xpianā blasphemātē et deos et impatorē In ipsis vo pſecutōibꝰ submittens ei q̄sdā cū pecunijs dixit. Si pſenseris volūtati mee a peis te custodiā. si āt pmanes in duritia tua rogabo iudicē vt torq̄at te vsq̄z ad mortē. ut non viua deridēas volūtatē meā Adducta āt aū tribunal iudicis diuersa penaruz tormenta contemnebat conscientia bona inunita. In q̄bꝰ tormētis ⁊ caldariā magnā plenā feruēti pice iussit succēdi iudex Feruēte ergo pice ⁊ nimis exardescēte ponebat ei iudex dicēs Vade aut subdē volūtati dñi tui aut certe nouerīs quia in hāc caldariam te iubeo mitti. Illa āt respōdit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicens Non fiant aliquādo tales iu
dices qui iubeant subdi luxurie Fre
mens ergo iussit eam expoliatā mitti
in caldariam feruentem pice Illa āt
emisit vocem dicens. Per caput tui
imperatoris te coniuro quem colis
si statuisti sic torqre me. iube me pau
latim deponi in caldariaz ut videas
quantā mihi patientiā donauit chri
stus quez tu ignoras et nō cognoscis
Et deposita paulatim in ꝑparatum
feruentē cacabum eadem hora refri
guit pix cum circa colluz eius perue
nit. Quāplurimi autē vidētes tale mi
raculū confirmati sunt in fide dñi no
stri iesu xpi in alexandrina ecca qui
digni fuerunt terre mansuetorū. sicut
dicit dñs in euangelio Beati mālue
ti quoniā ipi possidebūt terrā lxvij
Pasco quidaz noie septuagesimū
agens annū etatis erat in sichia. Igi
tur dū grauiter me q̄ hūc scōm librū
vitaspatrū conscpsi spūs fornicatiōis
tentaret sup cōcupiscentia muliebri
exagitantib⁹ me cogitationib⁹ pene
egressus sū de heremo cōpellente me
nimia passione Et vicinis quidē mi
hi monachis non indicaui cām. latē
ter autē prexi in solitudinez et circui
ui scōs patres vsqz dies q̄ndecim eos
q̄ in sichia senuissent. in quib⁹ repperi
pascum quē omnes qui in illo here
mo erant patres venerabātur Itaqz
presumpsi ego et cum lachrymis de
precans eum confessus sum ei passio
nem que me nimis et incessanter nō
desinebat impugnare. Et ipe ait mi
hi. Non conturbet te hec causa. non
enim pateris hec a negligentia? Atte
statur quippe tibi et locus et difficul
tas rerum. et quia non est in locis ill⁹
vlla visitatio feminarum sed magis
ex inuidia diaboli qui semper insidia
tur ⁊ decipere festinat animas homi
num. ecce ut vides me iam senem ho
minem quadragesimum annum ha
beo. in hac cella et auxiliante gratia
christi solicitus sum de salute anime
mee. tamē vsqz nunc tentationem su
stineo. Nam cū sacramento dicebat
mihi quia super duodecim ānos p⁹
quinquagesimum annum non nocte
mihi non die pepercit in tantum vt
putarem q̄z forte reliquit me deus. ⁊
ideo instanter et sine cessatione hui⁹
molestiam passionis paterer. Elegi
ergo magis mori irrationabiliter q̄
talem pati corporis passionē Egres
sus ergo circuibaz pene omnē solitu
dinem et inueni leene spelunca et po
sui me iacere ibi p totū diē nuduz vt
ingrediētes fere comederēt me Cuz
ergo facta eēt vespera egrediētes be
stie masculus et femina odorau sunt
me a capite vsqz ad pedes et lingen
tes me. totum recesserunt a me. Ego
aūt putabā q̄ deuorarēt me. Jacui
ergo ibi per totā noctē. sed nō accesse
rūt ad me. Cogitaui ergo q̄z pepcit
mihi deus et reuersus sum in cellam
meā Post paucos āt dies iterū eadē
tentatio validi⁹ insurrexit mihi itaut
pene in blasphemiam peruenirez Cō
uersus enim demō ī ethiopissaz puel
lam quam videram aliquando in iu
uentute mea spicas in messe colligen
tem sedit super genua mea ⁊ vehemē
ter me commouit. Unde cum nimio
furore dedi ei pugnos et alaphas in
maxillas et statim nō cōparuit fātas
ma illud Per biennīū aūt man⁹ mee
vnde percussi quasi faciem ei⁹ feto
rem et brumā sufferre nō poterā. De
sperabam ergo de salute aīe mee et
pre tristicia nimia defectio animi
affligebat me. et nimio merore ta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

beſcebam Audiui autē vocē ſanctaz in ſenſu meo et dicentē Vade Paſco certare. ꝓterea enī hec ꝓmiſi te pati ut non altuz ſapias. nec extollaris in virtutib⁹ tuis ſed recognoſcas infirmitatē tuam et non ī ꝓuerſatiōe tua confidas. ſed ſubditus et humilis ſis in adiutorio dei ꝓfidens Ita certus effectus de auxiliante mīa dñī ſaluatoris pacificos habui reliquos dies

Quoniā ſupra .lxviij. modū eruditus in omī pte erat āmonius tā in ſcia ſcripturarū q̄z etiā ſermonis. dū in quadā ciuitate ep̄us defunct⁹ eſſet amatores āmonij ſuggeſſerunt ep̄o alexandrie petētes ut ammoniū eis ordīaret ep̄m Dixit āt eis archiep̄s Adducite mihi eū ut ordīetur ep̄s Illi aūt feſtinantes pretexerūt cū adiutorio ad eū Cū aūt vidiſſz ſe preuentū dep̄cabat eos z cum ſacramento affirmabat nō ſuſcipe ſe ordinē ep̄atus neqz de heremo egreſſuz Illis āt ꝓcedentibus ſz violent instātibus pñtib⁹ eis accepit forficē z aurē ſuā ſiniſtrā ab imo abcidit dicens eis. Vel nunc certi eſtote qz impoſſibile eſt me fieri ep̄m qz lex ꝓhibet debilem in aliq̄ mēbro fieri ſacerdotem Tūc relīquētes eū receſſerūt. Abeūtes aūt dixerūt ep̄o Et ait eis ep̄us Iſta lex obſtuabat apud iudeos. mihi āt etiā eū q̄ naſū abciſum hz ſi adduxeritis ita tñ ornatū moribⁿ ut dignus ſit ſacerdotio ordinabo eum Abeuntes ergo iterum rogabant eū Ipe autem iurauit dicēs. Quia ſi me coegeritis etiam linguam meam propter quam diligitis me abcido Ita ergo relinquentes eum receſſerunt lxix.

Quodam vero tempore in bereno edificanti ammonio cellam ſuperuenit quidā frater et dixit ei. Cur in tali ardore eſtus affligis teipſum abba? Reſpondenſqz beatus ammonius ait. Crede mihi frater qz donā te dei grā ſcpturas ſcās meōrie ꝓmēdaui Nā et vet⁹ et nouū teſtamentū ab ineunte etate ad plenū didici. nec nō etiā ſcōz antiq̄z patrū orthodoxorū ſacdotuz dñī ſercētas miricidas expoſitionū in lege dīna ꝓſcptas legi ſic teſtabant ei de hoc pene oms ī heremo prēs. etſi vno die ſatiat⁹ fuero pane et mīme ī ope me exercuero extollit ſenſus me⁹ et velut irrationalium animalium efficitur lxx.

Quodā tpe aduenīēs btūs euagrius ad ſanctū ammoniū viſitatōis ſpūalis grā. dū multa de ſcripturis inter ſe cōferrent z letarent vtriq̄z ſpūaliter in domino. poſtmodū dixit euagrius ad āmoniū q̄ſi exprobrādo ei qz aurē ſibi inciderat Nō times inq̄t graue pctm̄ qvt nō accipes ſacerdotiū aurē abcidiſti? Rñdens āt āmonius dixit ei. Deꝓcor te ut exores ꝓme ad dñm ut de alijs pctis meis indulgentiā accipe merear. Nā ō hoc admiſſo nō valde turbat animⁿ me⁹ Veruntamen te magis oportet timere et ſolicitudinem gerere qui eruditus es fm ſeculi ſapientiam et tantaz ſcientiā diuinarū ſcripturaruz habes quam gratia dei tibi contulit vnde poſſes multos populos erudire z elegiſti magis in heremi ſolitudine degere Et ego q̄dē auriculam abcidi. nam ipſe linguaz abcidiſti que multos populos docere potuit lxxi.

Retulit mihi btā melania qz ī pinis cū aduenīſſem de roma ī alexādriam et audiſſem de abbatis pambo virtutibus iſidorum referentem qui etiā et perduxit me in ſolitudinē ad viſitandum ſcōs patres. obtuli ei

argenti erarium trecentarum libraꝝ deprecans eum ut de rebus meis acciperet ad erogãduꝫ pauperib⁹ Ipe vero sedebat et texebat de folijs palmarum sportellas Benedixit autem me dicens. Bñs deus retribuat tibi mercedem. Et dixit dispensatori suo theodoro Suscipe et dispensa hec in omni libia et insulis fratrib⁹. hec enĩ monasteria magis indigent. Precepitqꝫ ei nulli ĩ egipto dare eo ꝙ abũdantior esset prouincia Ego autem stabam expectãs quasi honorari aut glorificari super quod obtuleram. ⁊ nihil audiens ab eo dixi Ut scias domine quantum ẽ. trecenta pondo sũt Ipse vero nec respiciens me respondit dicens Cui obtulisti hec filia pẽsare opus non habet Qui enim pensat montes ⁊ omnẽ molem terre multo amplius nouit quantitatem hui⁹ argenti. Si enim mihi hoc dedisses bene mihi diceres quantum est. si autem deo obtulisti ille qui vidue minuta non despexit pauperis nec tuã oblationem tradet obliuioni lxxij.

In monte nitrie fuit beniamin quidaꝫ sanctus vir qui vixit vsqꝫ ad octoginta annos abstinentissimus ⁊ studium gerens circa virtutes aĩmi. Consecutus est autez a domino gratiam sanitatum ⁊ si cui manus imponebat aut oleum benedictum dabat omnis ab eo infirmitas r̃pellebatur Hic itaqꝫ qui tante gratie dign⁹ habitus est ãte octo menses mortis suc hydropic⁹ factus est. et in tantuꝫ corpus eius tumuit ut alterum iob putares Assumẽs ergo nos beatus macharius qui tunc erat presbyter ĩ mõte nitrie me et theodorum ac machariolum dixit nobis Venite et videte nouum iob in tanto tumore corporis et passione insanabili immensam gratiarum actionem semper deo reddentem Abeuntes ergo vidimus eũ in tanto tumore corporis ut nõ posset vnus digitus manus alteri digito coniungi Intuentes autem hãc passionem crudelissimam oculos auertebamus Tunc dicit nobis beat⁹ beniamin Orate filioli ut non interior homo meus hydropic⁹ fiat Iste autem nec bene patiẽs profuit nec male patiens nocuit Per octo ergo menses sella eidem ponebatur latior in qua incessabiliter sedebat propter reliq̃s necessitates corporis Nec enim iacere poterat In hac tamẽ passione positus alios sanabat Necessarie autez narrauimus passionem hanc ut non conturbemur si quando aliqua grauissima egritudo viris iustis euenerit Defuncto autem eo limẽ de ostio tulerunt et postes ut posset corpus ei⁹ efferri. Tantus erat tumor corporis eius. lxxiij.

Appolloni⁹ quidã noĩe negociator fuit. renũciãsqꝫ seculi actibus et ꝯuersus ad seruitiũ xp̃i hĩtauit ĩ mõte nitrie. neqꝫ artẽ discere potuit. neqꝫ vacare ĩ scribẽdis libris p̃ senectute Viuẽs ãt in supradicto mõte xxv. annos. hoc habuit studiũ ut ex ꝓpis pecunijs a suis laborib⁹ oĩa necessaria ꝯpararet de alexandria. ⁊ in om̃i fraternitate mĩstrabat infirmãtib⁹ et erat vidẽs eos a p̃ma luce vsqꝫ ad horã nonaꝫ ꝑ singula ostia ingrediens mõsteriola ne q̃s forte iaceret. Portabat ãt vnã passã malagranata ⁊ similia q̃ infirmis necessaria sũt Hanc exercuit conuersationem in senectute sua Qui moriens similem sibi dereliquit apotecarium rogans eũ hanc exercere amministrationem. Quin

q̄ enim milium monachorum habi-
tantium ī monte necessaria erat talis
ministratio propter quod heremus
eēt locus ille. .lxxiiij.

Referebant de abbate natha-
naele precipue qꝛ tantaꝫ habebat pa
tientie virtutē in cella ut nō moueret
a ꝓposito suo In quibus illusus in ꝑ
mis ab eo qui oēs illudere festinat ⁊
decipit demone tedio quodaꝫ oppꝫ-
sus. egressus ē de ꝑma cella et alia cō
struxit sibi ꝓpe quendā vicū. Postq̄
autē ꝑfecit eaꝫ habitauit in ea Post
tres vero menses affuit demō quadā
nocte thaureā tenēs sicut carnifex in
dumentū habens quasi militis cōsu-
tū. et faciebat strepitus de thaurea il
la. Ad quē ait beat⁹ nathanael Quis
es tu q̄ talia p̄sumis sup̄ hospitioluꝫ
meū? Rn̄dens aūt demō dixit ei Ego
sum q̄ de illa cella te expuli. ⁊ veni vt
et de hac te effugareꝫ Cognoscēs āt
qꝛ illusus eēt reuertit̄ statim ad prio
rē cellā. ⁊ ꝯplens in ea trigīta ⁊ septē
annos nō transiuit limen ostij cellule
ꝯtendens cōtra demonē Qui tāta ad
ueniens ostēdebat ei ut euꝫ ꝯpelleret
egredi quanta referre satis longū est
In q̄b⁹ hoc obseruās septē ep̄oꝝ scō
rū viroꝝ visitatōꝫ siue ex dei ꝑmissio
ne factā. siue ex tentatōe maligni pau
lomin⁹ fecit eū excedē a ꝓposito suo
Ep̄i aūt postq̄ orassent egredientes
non deduxit eos nec passum pedis.
Dicunt ei ministri id est diaconi. Su
perbam reꝫ fecisti ut non deduceres
episcopos Ipse autem dixit eis. ego
et dominis episcopis omniq̄ seculo
mortuus sum. habeo enim occultum
ꝓpositum mentis mee et scit de⁹ cor
meum qua de causa non deduxi eos
Expauens autem demon de circum-
uentione hac subornauit se ante no
uem menses mortis eius. et efficitur
quasi infans nouem annorū minans
asinū portantem panes in cophinis
Et propinquans vespera profunda
ad eius cellam finxit cadere asinum.
et clamans quasi infās Abba inquit
nathanael miserē mei et da mihi ma
num Qui audiens vocēꝫ quasi infan
tis aperuit ostium et stans ab int⁹ di
xit ei Quis es tu et quid vis ut faciā
tibi? Dicit ei. Illius sum puerulus et
panes fero propter quod conuiuiuꝫ
fratris ipsius est et crastino sabbato
illucescente necessaria est ista oblatō
dep̄cor ne despicias me ne forte a be
stijs et leenis comedar. multe eniꝫ sūt
in illis locis. Stans autem et stupēs
beatus nathanael commotis visceri
bus conturbatus cogitabat intra se
dicens Quia aut ꝺ mandato habeo
cadere aut ꝺ proposito. Post hec āt
cogitauit Melius est me nō transgre
di q̄ tantorum annorum ꝓpositum ꝑ
dere in confusionem sathane Et cuꝫ
orassꝫ dicit loquenti ad se quasi infā
ti Audi infans. credo in deuꝫ cui ser
uio quia si necessariuꝫ sit tibi adiuto
rium transmittit tibi deus ⁊ neqꝫ lee
na nocebit te neqꝫ aliquis Si autēꝫ
tentatio cōfestim reuelabit deus. Et
claudens ostium introiuit. Cōfusus
autem demon quia superatus est in
turbinem resolutus est quasi onagri
exilientis et fugientis ⁊ sonos emittē
tis Iste triumphus beati nathanael
fuit. et hec conuersatio. et hic finis
.lxxv.

Vir enī quidam egiptius concu
piuit ingenuam mulierem maritataꝫ
et non valens eā carpere. locut⁹ ē ma
lefico dicens Facito eā ut amet me ⁊
age ut proijciat eā vir eius Accipiēs
ergo maleficus sufficienter vsus est

maleficio et fecit eam equam videri. Videns aūt vir eius veniēs de foris mirabatur qꝛ in lecto eius equa iaceret et cepit plangere et eiulare Nam loq̄bat aīali ⁊ rn̄sum non dabat. Itaq̄ deprecat⁹ ē presbyteros possessionis et adducēs oñdit eis. Qui nō inuenerunt cām usq̄ ad tres dies. neq̄ fenū accipiebat qūo eq̄. neq̄ panem sicut homo. vtroq̄ ꝓuabat cibo. Ad vltimū vt glorificaret de⁹ et appareret v̄tus sancti macharij ascēdit ī cor viri ut duceret eā in solitudinē. ⁊ vinxit eam quasi equā et duxit in solitudinem. Cum appropinquaret ergo stabant fratres iuxta cellā macharij litigantes et dicentes. Quid adduxisti huc equā istā? Dicit eis. Ut mīam ꝯsequatur Dicunt ei Quid em̄ habz? Qui rn̄dit. Uxor mea erat et in equā conuersa ē. et hodie habet tertiū diē nō gustans quicq̄ Qui retulerūt sancto machario intus orāti. ꝓpterea ei reuelauerat ei deus. Rn̄dit ergo fratrib⁹ et dicit eis Equi vos estis qui equoꝝ oculos habetis. Illa autem mulier non est transfigurata sz soluz in oculis eorū qui seducunt videtur equa. Et bn̄dicēs oleū a vertice ꝑunxit eam nudā. et superorauit et statiz fecit eā mulierē videri ab oīb⁹. Bās autē ei cibū fecit eā manducare et dimisit cū ꝓprio viro grās referentē d̄o Et p̄cepit ei dicens. Nunq̄ cesses a cōmunione. hec aūt tibi euenerūt qꝛ per quinq̄ septimanas non appropinquasti diuinis. lxxvi

Erat āt ⁊ ali⁹ q̄dā machari⁹ alexandrin⁹ p̄sbyter ī loco habitās q̄ d̄r cellia. h̄ scūs machari⁹ audiēs qꝛ magnā ꝯuersatōez et regulā discipline tabenensiote mōachi hr̄ent mutato habitu accipiensq̄ indumēta rustici ꝑ dies quīdecī ascēdit ī thebaidā ꝑ solitudinē Et ingressus monasteriū tabenensiotarū q̄rebat abbatē ut ei⁹ p̄sentaret aspectib⁹ virū sanctū pachomiū noīe ꝓbatissimū famulū d̄i grāz ꝓphetie habentē cui occultat⁹ ē nutu dei aduent⁹ macharij Repn̄tat⁹ ergo dixit ei. Sep̄cor te dn̄e scē pr̄ suscipe me in monasteriū vt efficiar mōchus Dixit ei pachomi⁹ Jā senectute ꝓuectus abstinentiā nō vales sustinē. fratres enī cōtinētissimi sunt et nō ferēs eoꝝ laborē et scandalū passus regredieris detrahēdo eis. Et nō suscepit eū nec ꝑma nec secūda die usq̄ ad dies septē Cū ergo ꝑseueraret etiā ieiunus ꝑmanēs post hec dixit ei. Suscipe me abba etsi nō ieiunauero sicut alij frēs. oꝑatusq̄ nō fuero sic et illi tūc iube me iactari foras. Hec audiens abbas iussit frīb⁹ ut susciperent eū. Est aūt ꝯgregatio ꝑ singl̄a monasteria mille quadraginta viri Multorū enī monasteriorū btūs pachomi⁹ pater erat. et multa milia monachorum congregatio erat. Ingressus est ergo in monasterium. Transacto aūt pauco tempe supueīt quadragesima. et vidit singulos quosq̄ addentes ieiunijs et abstinentie. Quidam enim eoruz post duos dies reficiebant. alij autem post quinq̄ dies capiebāt cibum. alij vero per totā noctez vigilātes orationibus insistebant. per diez autez opera manuū exercebant. Hic vero sanctus macharius stabat ī angulo tam dieb⁹ q̄ noctibus. nō discedens quoq̄ vsq̄quo dies quadraginta complerentur. Aduenit et pascha neq̄ tūc panē gustauit neq̄ alid̄ qd̄q̄ pulmentū nisi folia tm̄ de caulib⁹ et hec semel ī septimana die dn̄ica sumebat nec discedebat d̄ āgl̄o illo vbi

elegerat stare nisi tantum corporalis necessitatis causa et statī festinanter reuertebatur et claudebat ostium super se. et nihil penitus loquebatur sz in silentio tantū labia ei⁹ mouebant. et nō cessabat cōtinue ⁊ sine cessatōe in corde suo eloquia dm̄ diuinamqz scripture cōmemoratōem meditari. ⁊ opera manuū incessant exercere mlto amplius q̄z alij fratres Hec frēs videntes pene omnes scandalizati sunt murmurātesqz dixerūt preposito monasterij. Uñ nobis hunc adduxisti tā q̄z sine carne degentē ad condēnatōz nostrā? Proijce eum. cognosce qr valde scandalizant fratres in eo Hec audiens prepositus monasterij āmirās tam districtam cōuersatiōem ei⁹. orauit dñm dicens. Manifesta mihi peccatori seruo tuo domine quid agere debeam? Et reuelatū est ei ꝙ ipse eēt macharius Eduxit āt eū foras ī oratorium vbi altare posituz erat. ⁊ amplectens osculatus est eum. et dixit ei Uere vir beatus es sancte machari et latuisti nos. olim enim ex multo tpe desiderabamus videre sanctitatez tuam et gratias agamus domino iesu. quia in spūalibus bonis maximeqz ī virtute abstinentie erudisti nos. et ꝑuulos nostros non alta sapere in cōuersatione sua Reuertere ergo ad locum tuum. non enim parū edificasti nos beatissime pater et ora indefinēter pro nobis .lxxvij.

Quodam tempore visitatōnis atqz edificationis gratia prexi ego (verba auctoris huius libri) ad eū et inueni añ ostiū atrij eius iacentē quēdam presbyterū toto corpe vlcerib⁹ plenū Capitis āt ei⁹ etiā ipa ossa cōputruerūt. q ideo aduenerat ut orōibus ei⁹ sanitatē reciper. Sz scūs macharius nō suscipiebat eū Ego āt ꝓstraui me in terrā ad pedes ei⁹ ⁊ depcabar ut suscipet eū Rñdensqz vir beatus dixit mihi. Indign⁹ ē ut sanitatē recipiat sed magis increpa euz et suade ei ut nō audeat accedere ad sacrosanctū altare dm̄ et offerre sacrificiū dño. qr fornicando offert et ꝓpt hoc castigat Suade ergo ei ut resipiscat ⁊ condignam agat penitentiā ut mīam a dño mereat accipe Itaqz ergo egressus ad illum infirmū dixi ei oīa Et ille terribiliter cōturbatus intremuit Jurauitqz qr in exitū vite sue non vsurparet ad altare dm̄ accedere Post hec p̄cepit ut ingrederet suscepitqz eū et dixit ei Credis qr deus ē quē nihil latet. Rñdit. Etiā dñe. Dixit ei. Nunqd potuisti illudē aut latere deū? Rñdit. non. Ait ergo. Si ergo cognoscis tāti criminis pctm̄ tuū et dei castigatōnem intelligis ꝓ qua causa tanti mali plaga in corpe tuo ē idoqz ꝑcussus es cessa a malis tuis et corrige de cetero ⁊ confitere sp cū lachrimis penitētie et intimo cordis dolore in cōspectu dñi pctm̄ tuū ut ī die iudicij possis aliquā mīaz ac pietatem dñi inuenire Dedit ergo sacramentū se nūq̄ peccare neqz ad sacrosanctū altare accedere nec oblatōem consecrare. sz sicut laici sortē habere. Itaqz post hec imposuit ei manuz et orauit ꝓ eo ad dñm ⁊ in paucis die b⁹ san⁹ fact⁹ ē. capilliqz capitis eius creuerunt et abijt sanus .lxxviij.

Referebat aūt idē machari⁹ ꝙ quodā tpe nimis ei moleste fuert cogitatōes vane glē. s. ut q̄licūqz modo eijcerēt eū de cella ei⁹ ⁊ de secreta hēmi ꝯuersatōe suggerētes ei ut edificatōis grā ad r̄mediū ⁊ sanitates hoīm romā ꝑgeret ꝓ salute aīarū multarū

Inerat enim ei gratia domini cōtra
immundos spūs Et cum diutius in
sisterent ei huiusmodi cogitationes
et nec oranti ei cessarent iactauit se p
nus in terram ⁊ extendit pedes suos
a foris limen ostij cellule sue clamās
et dicens. Trahite demones trahite.
ego enim pedibus meis non vado ſz
si potestis me hīc abducite. ego quip
pe testor deum. quia hic iaceo vsqz
ad vesperam Postmodū surrexit ad
consuetum opus dñi lxxix.

Referebat nobis vir summe san
ctitatis pafnuci' discipulus eius. qm
quadā die leena accipiens' catulum
suum cecum obtulit scō machario ⁊
capite pulsans atrij eius ostium ape
ruit. et ingressa sedente sancto viro p
iecit catulum ad pedes Ipe aūt acci
piens eū expuit in oculos eius ⁊ ora
uit. statimqz aperti sunt oculi eius ⁊
aspexit. Et lactauit eū leena leuauit
qz euz et abijt Altera die pellē ouinā
grandem attulit ei leena. Sanct' ve
ro pellem videns dicebat leene. Qm
tibi hoc nisi quia comedisti cuiusdaz
ouem forsitan et pauperis? Qd ergo
de iniusticia est nō accipio a te Illa
vero inclinās caput suuz in pauimen
to depcabat eū. et ad pedes sancti de
posuit pellē Ipe vero dicebat ei. Di
ci tibi qz non accipiā illā nisi mihi p
miseris ut nunqz amodo contristes
pauperes deuozādo q̄drupedia eor
Illa vero quasi psentiens nutu capi
tis sui q̄si pmittebat. tūc suscepit pel
lem ab ea. lxxx.

Virgo quedam fuit in alexan
dria ornatu quidem indumenti hu
milis. proposito aūt mentis elata. di
ues in pecunijs nimijs. nunq̄ autē p
cedens. ⁊ neqz peregrino aut virgini
bus seu ecclesie vel pauperib' nūmuz
quid aliquādo porrexit. Nec multis
monitis patrum non abiecit filuam
diuitiarum. Erat ei et genus nō mi
nimum in quibus adoptauit sibi fili
am germane sue cui nocte et die pro
mittebat substantiam suam. A celesti
enim desiderio mentem alienataz ge
rebat. Hanc ergo virginem ut ita di
cam volens flexam domare ad reue
lationem auaricie sanctissim' macha
rius presbyter et prepositus paupe
leprosorum composuit et inuenit ar
tem huiusmodi Fuerat enim a iuuen
tute sua cambiarius quod dicunt gē
mas distrahere. qui abijt et dixit ei.
Lapides preciosi smaragdi ⁊ hiacin
cti incurrerunt mihi et siue inuenticij
sint siue furtiui docere non possum.
Preciosi autem sunt nimis ita vt nō
possint estimari q̄z preclari habeant.
vendit autem qui habet eos quingē
tis solidis. si placet tibi eos tollere ō
vno lapide potes accipere quingen
tos solidos. Alios autem in ornamē
to neptis tue preparabis Virgo au
tem intentissime audiens delectata ē
et cadēs ad pedes eius dixit Per san
ctitatem tuam ne quis alius eos ppa
ret. Inuitauit ergo eam presbyter di
cens. Veni vsqz ad cellam meam ⁊ vi
de eos. Que non adquieuit sed ado
rans eum dedit quingentos solidos
dicens Quomodo vis tolle eos. ego
enim cām non habeo. Ipe autem ac
cipiēs erogauit pauperibus Tempo
re autem transacto eo p magne opi
nionis ac reuerētie erat reuerebatur
eum cōmouere supradicta virgo Ad
vltimum inueniens euz in ecclesia di
xit Rogo te domine quid iubes pro
pter lapides illos pro quibus dedi
mus quingentos solidos Qui respō
dens dicens ei. Ex tunc quo dedisti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mihi aurum tradidi illud in p̄cio gē
marum. et si vis venire et videre eos
in hospitio vbi sunt veni et vide. ibi
enim iacent. Et si tibi placuerint bñ
sin vero tolle quod tuū est Que ꝓm
ptissime ꝑrexit ad cellā eius Erat āt
hospitium pauperū in quo leprosi ia
cebant. In inferioribus quidē habe
bat mulieres. in suꝑioribus vero vi
ros. Adducens ergo eam inducit eā
in ianuam et dicit ei. Quos vis vide
re prius. hiacinctos aut smaragdos?
Dicit ei. Quos ipse vis dñe. Et ait.
Ecce isti sunt hiacincti. Iterū autem
ip̄e deposuit eam in inferiora. et ostē
dens ei mulieres dixit. Isti sunt sma
ragdi. si tibi placent bene. sinautē re
cipe qd̄ tuū ē. Itaqꝫ verecūdiā passa
egressa est. Et abiens ex multa tristi
cia infirmata est Post hec etiā grās
egit presbytero Puella aūt de q̄ soli
cita erat post nuptias sine filijs defū
cta est. lxxxi

Quidā moyses noīe ethiops ge
nere. seruus fuit cuiusdā curialis quez
ꝓpter multā ꝑuersitatē et furta et la
trocinia ꝓiecit dñs ei⁹. Dicebat̄ eniꝫ
qꝛvsqꝫ ad homicidia ꝑuenissꝫ Cōpel
lor autē dicere mala ei⁹ ut ostendā vir
tutē patientie eius. Dicebāt ergo qꝛ
dux latronū erat sicut ex ipsis opib⁹
ei⁹ ostendit̄ ī furtis et latrocinijs De
niqꝫ cuidā pastori maliciaꝫ retinens
subito voluit in nocte irruere ⁊ inter
ficere eum. Perq̄siuit autem loca vbi
caulas haberet ouiū. Indicatūqꝫ est
ei qꝛ trās nilū eēt Ille mordit⁹ tenēs
gladiū in ore. tunicā imposuit suꝑ ca
put suū et transnatauit fluuiū. Dum
ergo ille nataret ita studuit pastor il
le se occultare et latere. Nā ille vtpo
te latro quattuor arietes occidit et li
gans eos trahensqꝫ per flumen iterū
renatauit. Et egressus de flumine ex
coriauit eos et comedēs optima q̄qꝫ
carniū. reliqua ī vina distraxit. bibit
qꝫ decem et octo calices. Statiqꝫ q̄n
quagīta miliaria itinere sub die fecit
et ꝑuenit ad locū vbi erant socij eius
Iste ergo talis ac tantus latro in tā
tis malis conuersatus est. Quodā tē
pore a quodaꝫ religioso viro audiēs
verbū dei et in die iudicij futurā exa
minatōem inter iustos et peccatores
inter criminosos et sanctos ac etiam
inter amaras gehenne et ignis eterni
penas et cruciat⁹ sine fine in tenebris
exterioribus que p̄parata sunt iniq̄s
et peccatoribus. Itē audiēs eternaꝫ
gloriā et eternos honores et requieꝫ
in regno celorū inter āgelos sanctos
que p̄parauit de⁹ sanctis et iustis ser
uientibus sibi. ꝯpunctus corde cepit
amarissime flere cū gemitu et eiulatu
Ingressusqꝫ monasteriū dedit se ī pe
nitentiaꝫ et cruciabat se in multis la
chrymis indulgentiā et veniā pctōrū
suorū de pietate et mīa a dño postu
lando. et ita permāsit in monasterio.

Quodā tp̄e in cellulā lxxxij
ei⁹ latrones ingressi sunt ignorantes
q̄s esset Erant āt q̄ttuor. q̄s ligauit si
mul et imposuit eos sibi in dorsum et
detulit eos ad ecc̄am fratruꝫ dicens.
Quia iā mihi nō expedit nocere ali
quē. quod iubetis de istis disponite.
Cum illi latrones cognouerūt q̄ ip̄e
esset moyses qui fuerat sceleratissim⁹
inter latrones. ⁊ cōpuncti sunt corde
glorificantes deuꝫ q̄ nō repellit pctō
res sed suscipit penitentes ut saluētur
in eterna salute Et hec dicentes com
puncti sunt corde ⁊ dederunt se in pe
nitentiaꝫ abrenūciantes omnib⁹ ma
lis actib⁹ et cōcupiscētijs carnalibus
qꝫ desiderijs.

Huic moysi insti lxxxiij.
terunt demones fm consuetudinem
eius antiquā luxuriam fornicatōnis
ingerentes ei Qui tam valide tentat'
est sicut ipe referebat ut paulominus
de proposito excideret suo Itaq; ex
hoc valid' abstinebat et vigilias am
plius addebat sibi ⁊ opa manuū ꝓpē
sius exercebat tabefaciens corp' suū
deniq; ꝓposuit sibi se non dormire ia
centem in mattula. sed p totam noctē
stando in cella orabat et psalmodiaz
explebat Naz parietibus se reclinās
parum quid somni capiebat.

Iterum posuit sibi ob lxxxiiij
seruantiā aliā. Egrediebat noctibus
et ibat p cellas senioꝝ ⁊ tollebat idri
as corū in quibus sibi illi hauriebāt
et portabat illis aquā In longiquo
enim habebant aquā. ⁊ quidam duo
milia. alij autez et quinq; milia. Qua
dam vero nocte non sufferens demō
seruentē eius fidei conuersatōnem in
clinato eo ī puteū duz hauriret aquā
pcussit eum in renes de vecte ⁊ reliq;
eū Deniq; d'nimio dolore obmutuit
et remansit velut mortuus. Alia die
veniens quidā haurire aquā inuenit
eum iacētē ⁊ renūciauit beato Isido
ro p̄sbytero sichij. et misit et leuauerī
eum et detulerunt ad ecclesiam ⁊ ꝓpe
p annū ita infirmatus est ut vix resu
meret vires suas. Dixit autē ei Isido
rus presbyter Quiesce moyses et no
li indiscrete presumere sed magis cuz
discretōne tam abstinentiam q̄ vigi
lias ⁊ opera manuum exerce. Respō
dens autez moyses ait. Non quiescā
beatissime pater vsqzquo quiescant
adiuuante me gratia domini immū
dissime cogitationes et somnia q̄ im
mittūt nequissimi demones. sicut scri
ptū est Persequar inimicos meos et
comprehendam illos. et non conuer
tar donec deficiant Cidens autē bea
tus Isidorus fixam in domino fidei
eius constantiam surrexit et expādit
manus ad orationē. dixitq; ei. In no
mie dm̄ nr̄i ihu christi donāte grā ei'
ex hodierna die iam quieuerunt som
nia que inquietare te solebant. Igit̄
glorificās ⁊ grās agens saluatori do
mino reuersus est ad cellulam suam.
Post aliquod autez tempus interro
gauit eum Isidorus presbyter de mo
lestia cogitationum carnalium Et il
le respondens dixit. Protegente me
christo domino deo et orationib' tuis
nihil tale patior. Huic ergo de' do
nauit gratiam ad effugandos ex ob
sessis corporibus demoēs ita ut mu
scas nos magis timeamus q̄ ille de
mones. Hec conuersatio moysi ethi
opis qui etiā ipe erat inter magnos
annumeratus patres. Defunctus est
annorum septuagintaquinq; Reliq;
vero discipulos monachos septuagī
ta. lxxxv.

Beatus Euagri' primo lector
a basilio deide diaconus a gregorio
nazanzeno ordinatus est. hic cuz esset
instructissim' in diuinis scripturis cō
tra omnes hereses ita florebat ut in
magna ciuitate etiam eloquio potē
tissimo ex hoc nimis ab omni ciuita
tate cum honore et dilectōne habere
tur. Unde fascinatio nugacitatis dia
bolice que insectatur obscurare bōa
immisit in corde eius cogitatiōes de
fideij carnalis concupiscentie mulie
bris. Deniq; sicut postmodū nobis
ipe referebat adamauit eum mulier
que erat magnifici cuiusdam de pri
matibus palatij viri vxor. Euagri'
autem timens deū et verens propriā
conscientiā ac pre oculis ponens ma

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gnitudinem confusionis maximeq; ī
gaudentes hereticos orabat dñm de
precans saluatorem christum ut im-
pediretur tam rabida mulieris con
tra se instantia. Nam ipse quidez vo
lebat recedere sed non valebat. colli-
gationibus obsequiorū ei⁹ detentus.
Postq̄ autez multis precibus exora
uit dominū ut liberarz eū a pctō ma
ximo quod opere pene perpetrabat.
affuit ei angelica visitatio in scemate
prefaciani. et rapiens eū perduxit ad
pretorium prefecti et misit eum in cu
stodiā carceris ferreisq; cathenis cer
uicem et manus eius colligauit. Sed
pro qua causa hoc pateretur non di
cebat ei. Ipe autem in coscientia sua
nouerat qua de causa hec sustineret.
Arbitrabatur em̄ q̄ vir illius matro
ne interpellasset accusans eū Cū aūt
vehementer ageretur audiebat enim
strepitum et voces aliorū qui diuer
sis supplicijs torquebantur apud iu
dicem pro crimīalibus causis. et ido
permanebat valde territus et contre
miscens. Cum autem transfigurasset
se angelus qui visionem concinnaue
rat quasi in figuraz ei⁹ amici qui val
de diligebat eum dixit ei, cum tenere
tur in vinculis inter quadragīta reo
rum personas. Quid hic teneris dñe
diacone? Respondit euagrius dicēs.
In veritate tibi dico non noui qua
propter hic teneor. Suspicio aūt mi
hi est qr vir ille magnificus ex prefe-
ctis interpellauit contra me iudicem
irrationabili zelo percussus et timeo
ne forte pecunijs iudex corrupt⁹ tor
mentis me subijciat Respondens di
xit ei Si audis me amicum tuum nō
expedit tibi in ciuitate hac cōuersari
Respondens autē euagrius dixit Si
deus liberauerit me d̄ angustia ⁊ cir
cūuentione hac et videris me in con
stantinopoli scito quia iuste sustineo
penas Ait ei. Affer euangelium ⁊ iu
ra mihi in euangelio qr recedas d̄ ci
uitate hac ut solicit⁹ sis de salute aīe
tue et liberabo te de hac necessitate
Detulit ergo euangeliū et iurauit di
cens. qr vna solum die ut vestimenta
mea possim in nauim mittē remoror
Et sacramento dato redijt de excessu
quem ꝑpessus in nocte fuerat. et exur
gens cogitauit apud se. quia licet in
excessu fuit sacramentum. sed tñ iura
ui et mittens que habebat in nauim
venit hierosolimā. Suscepit aūt eūz
btā melania quondā senatrix roma-
na cuius filij ⁊ nepotes sunt primi in
senatu. nunc autem famula xp̄i vera.

Iterum autem dia .lxxxvi.
bolus indurauit cor eius tanq̄ iuue
nis Cepit etiaz ibi mutare vestes ei⁹
et in eloquio sermonis exaltabatur ī
gloria vana. Deus autē qui propter
suam mīam magnā impedit occasio-
nes perditiōis nrē permisit ut nimie
tas febrium tabefaceret corpus suū
et in infirmitate longa laceraretur ꝑ
sex menses adhibentes em̄ ei medici
diuersa medicamīa nihil proficiebāt
Tunc dixit ei sancta melania Nō mi
hi placet fili tā longa infirmitas tua
Dic ergo mihi que sūt in corde tuo?
Nō enī est absq; ꝑmissu dei hec infir
mitas tua. Et statim cōfessus est oīa
q̄ in aīo eius erant. Ait ei famula dei
Promitte corā d̄o qr teneas ꝓmissio
nē solitarie vite quā dño spopōdisti ⁊
licet peccatrix dep̄cor dñm ut det ti
bi tps vite q̄ten⁹ adimplē possis q̄ ꝓ
salute aīe tue statuisti. Ipe vero adq̄
euit salutarib⁹ monitis ei⁹ et in pau
cis dieb⁹ sanus factus petijt et depre
catus est ut famula dei pro se oraret

Ipsa enim vestimēta monachalis propositi induerat. Egressus aūt profectus in montē nitrie qui est ī egipto in quo habitauit duos annos. Certō autē anno ingressus ē solitudinem et ibi conuersat⁹ est xxiiij. annis cuz his qui dicuntur cellia. Comedebat aūt libraz panis in die et in tres menses italicum olei nam nihil coctuz sumebat in cibum. nec aliqd ō pomis gustabat vir certe ex multa opulētia et abundantia deliciarum veniens. Faciebat aūt ī die orōes centū exceptis vigilijs nocturnis. Scribebat vero ut de opere manuū suarū sumeret cibum. Pulchre enī scribebat liberalē manū. Inter paucos ergo annos lumen scīe et veritatis et diuine sciētie z discretōis spirituū gratiā a domio christo percipere meruit. Quātos autem libros et expositōnes de diuinis scripturis conscripsit manifestum est omibus et maxime his qui preclara eius opuscula admirantes ad fidem dñi saluatoris relicto errore conuersi sunt. Sexto vero anno puersionis eius ī quibus nihil cectū in cibo accipiebat necessitate corporis propē infirmitatē stomachi coctum cibum accipe cōpulsus est. Panē quidē iam nō ptigit. Olera vero et pisanas ac leguinen vsqz ad duos annos accipiēs ita defunct⁹ est cōmunicans sacrosancto mysterio in ecclesia in die epiphanie dñi. Referebant autē nobis q̄ circa eū erant et obseruabāt eum. qz aīn vnum diem mortis sue dixit. quia iā tertius ann⁹ est ex quo non molestor a carnali concupiscentia. Certe post tantam ac talem vitam z aridam abstinentiā et labores ac dolores z orationes sine intermissiōe. Huic ī monasterio degēti nunciata ē mors patris sui. Qui dixit nūcianti sibi. Cessa blasphemare meus enim pater īmortalis est. lxxxvij.

Eulogius quidam scolasticus erat et eruditus vir. Qui amore diuino compunctus abrenunciauit turb omnium omnemqz substantiam suaz distraxit et erogauit pauperib⁹. Itaqz paucos denarios ī vsus proprios reseruauit. cogitans apud semetipsū quia operari proprijs manibus non valeo. nec in monasterij congregationē ingredi possuz. Inuenit ergo quēdam in platea iacentez leprosum qui nec manus habebat nec pedes cui⁹ tantummodo lingua vigebat. Stās autem eulogius ꝓpe eum orauit dñm et posuit quasi pactū cum dño dicēs. Domine in noīe tuo leuabo hunc leprosum in domū meā et mīstrabo ei et repausabo eū vsqz ad mortē. ut ꝓpē hunc z ego inueniā mīam tuā. Bona ergo mihi xpe dñe patientiā ad hui⁹ obsequiū. et accedens ad leprosuz dixit ei. Si vis pater suscipio te in domū meā et ꝓpausabo te. At ille respōdēs dixit. Si digneris facere gratias ago. Adduxit ergo asinuz et leuauit eū et duxit ī domū suā et adhibebat ei curam diligenter. Itaqz per ānos quindecim gubernabatur et accipiebat curam de manibus eulogij et cōdigne nutriebatur. Post quindecim autem annos insidiatus est ei diabolus et clamare cepit contra eulogiuz multisqz iniurijs z detractionib⁹ afficere viruz. Dicebat enī ei. Multa mala commisisti. fugitiue fortitā dñi tui alienas pecunias furatus es. et p me vis a pctis tuis liberari. et clamabat. Iacta me in platea vbi ante iacebaz. carnes desidero manducare. Hoc cū audisset eulogius obtulit ei carnes ī

cibum. Iterum ille clamabat. Non adquiesco sed ut dixi iacta me in plateam populos volo videre iacta me vbi me inuenisti Forsitan si man⁹ habuisset exsuffocare se potuit in tantū eum demon exagitabat. Ideoq; valde solicitus eulogi⁹ perrexit ad monasteria virorū dei et dixit eis Quid faciam domini mei patres quia ī desperationē me adducit leprosus iste. Proijcere eum timeo quia deo dextras dedi et promisi vsq; ad mortez continere et repausare eum. Si ergo non proiecero eum sed per violentiā tenere voluero pessimos dies ⁊ amarissimas noctes faciet mihi. Ad hec illi dixerunt ei. Dum adhuc in corpe est magnus ac beatissimus famulus dei pater anthonius. ascende in nauī pariter cum illo leproso ⁊ vade ī monasterium vbi monachi eius sunt. et expecta ibi vsq; quo dū egreditur d̄ spelunca et veniat ad monasteriuz ⁊ quicquid dixerit tibi obserua et adquiesce eius sententie Deus enim per ipsum tibi dicet. Misit ergo leprosuz illum in nauim illeq; pariter ascēdit Et nauigantes venerūt ad monasterium discipulorum beati anthonij. Euenit autem in alia die ut veniret pater āthonius iam vespera peracta Quando autez aduenieba in monasterium hanc habebat consuetudinē vocabat machariuz et interrogabat eum dicens Frater machari venerūt aliqui fratres huc? Respōdebat. etiā venerunt. Iteruz interrogabat. Egiptij sunt an hierosolimite? Dederat eī eis signum dicens. Quādo videritis inquietiores dicite quia egiptij sunt. quando autē religiosiores dicite q̄ hierosolimite sunt. Interrogauit autem s̄m consuetudinem fratres. Egiptij sunt an hierosolimite? Respōdit macharius et dixit. Quia mixti sunt Quando autez dicebat. quia egiptij sunt. iubebat beatus anthoni⁹ vt pulmentum lenticule apponerent eis cibū et quando refecissent faciebat eis orationem et dimittebat eos Quando autez dicebat quia hierosolimite sunt sedebat per totaz noctem disputans cum eis de verbis dei que ad salutem anime pertinent. In illa ergo vespera sedebat et vocabat om̄es fratres Qui cum aduenissent subito vocauit. eulogi eulogi Tertio autem cū nullus indicasset nomen eius eulogius nō respondit ei. arbitrabatur eniz q̄ alium eulogium ex monasterio vocaret. Tunc dicit ei. Tibi dico eulogi qui ab alexandria venisti Respondit eulogius ⁊ dixit Quid iubes domīe? Interrogauit euz anthonius Quid huc venisti? Ait eulogius. Et q̄s reuelauit tibi nomen meum. causamq; manifestauit. Dixit ei anthoni⁹ Scio propter quod venisti. sed coram omnibus edicito ut et ip̄i audiāt. Eulogius dixit. Hunc leprosum inueni iacentē in platea et leuaui eum et ꝓmisi deo ut eum repausarem quaten⁹ et saluus efficiar et ip̄e per meum obsequium repausationem habeat Et q̄ post tot annos recedere vult a me et nimis exacerbat me dum festinat recedere et cogitaui proijcere eum. ido ad sanctitatem tuā veni ut mihi des consilium quid agere debeam ⁊ ores pro me. Nimis enim solicitus sum ⁊ tribulor pro ista causa. Tūc austero vultu respiciens eum anthoni⁹ dixit. Tu proijcis eum. sed qui fecit euz nō proijcit eum. Iactas eum tu. sed suscitabit deus meliorem et consolat̄ euz Et silens Eulogius pauefactus est.

Itemq; beatus anthonius cepit aspi
oribus verbis increpare leprosum il
lum Et clamans dicebat ei Leprose
inveterate dierum malorum indigne
celi et terre non quiesces blasphema
re deum? Ignoras quia christus est
q̃ mistrat tibi? Quomodo audes ad
versus christum talia proloqui? Nũ
quid nõ propter christum semetipm
seruum se exhibuit eulogius ad tuuz
ministerium? Increpans ergo ⁊ hũc
reliquit. Post hec coram omnib⁹ di
xit eis que expediebant saluti anime
eorum.ãmonens eulogium et lepro
sum vt non separarẽtur ab alterutro
sed in cellam vestram inquit pergite
In continenti enim vos visitat de⁹.
Tentatõ enim hec euenit quia vtriq;
circa finem estis ⁊ corone vobis pre
parantur ne veniens angelus non in
veniat vos in eodem loci proposito
et perdatis tanti temporis mercedez
boni operis His auditis cuz festina
tione reversi sunt ad propriam cellã
Et post quadragita dies defunctus
est eulogius et post tres dies similiẽ
requiesit leprosus. Post aliquot ve
ro dies quidam nomine cronius de
thebaida descendit in monasterium
alexandrie et invenit quosdam frẽs
diem tertium leprosi celebrare.quos
dam autem quadragesimum eulogij
Agnovit ergo cronius et obstupuit
et accipiens euangelium proposuit
fraternitati ⁊ iurauit referẽs eis quo
modo omnia que euenerũt eulogio
et leproso predixit beatus anthoni⁹

lxxxviij.

Etiaz hoc referebat nobis cro
nius.quia in nocte quadam dum verb
o di prolixius nos doceret sanctus
pater anthonius ⁊ hoc intulit dicẽs
Quia per annum integrum orauí vt
revelare mihi dignaretur per gratiã
suam dominus locum iustorũ ⁊ pec
catorum. Et vidi excelsum quendam
gigantem vsqz ad nubes pertingentẽ
manus extentas habentem.et subter
eum stagnum velut mare et ignis flã
mabat fervebatqz velut caldaria et
videbaz animas velut in specie auiũ
volantes et quantecunqz quidem su
pervolabãt manus eius et caput sal
uabantur et vsqz ad celum pervenie
bant quante autez vsqz ad manus ei⁹
pervenissent non valẽtes superi⁹ vo
lare percutiebat eas manibus suis ⁊
allidebat.cadebantqz in stagnum fer
vens. Audivi quoqz vocem dicentẽ
mihi has esse animas peccatoruz.nã
illas que gigantem illum supervolãt
ipas esse animas iustoruz quas pon
dus peccati non gravat.et ideo pos
sunt ad altiora conscendere que ī pa
radiso dei saluantur. Alie autem sũt
peccatorum que in infernum dimer
guntur quia non egerunt penitentiã
dum in corpore erãt vt indulgentiaz
peccatorum vel criminum suorum a
christi domini pietate mererẽtur ac
cipere nunc autez traduntur ad infer
norum tenebras vbi est fletus et stri
dor dentium pre nimietate penaruz
eternarum. lxxxix.

Beatus Innocẽtius presbyter
in monte olivetí fuit. Iste simplex su
pra modum erat Nam ī palatio cla
rus in militia fuit. Veruntamen ī ini
tio imperij constãtini abrenunciavit
seculo cum vxore sua. Hic habebat
filium nomine paulum domesticum
militantez Hic instinctu diaboli pec
cavit cum filia presbyteri. Quod cũ
audisset pater eius Innocentius ora
vit dñm dicens. Domine deus ama
tor castitatis da ei talem correptõis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

spm̃ ut iam nō inueniat tempus pec-
candi in carne sua melius existimans
vt magis demonio vexaretur q̃z luxu
ria Quod et factum est. Nā vsq̃z nūc
in monte oliueti ferro vinctus tenet
quia vexatur ab immūdo spū crude-
liter. .xc.

Presbyteri cuiusdam filia in ce
sarea palestine cecidit infelicit de vir
ginitatis proposito et ab eo que eaz
corruperat premonita est ut lectorez
incriminaretur Cum autē concepissz
et vtero tumente apparuisset crimen
cepit pater eius requirere et discute
re eam. Illa autem statim accusauit
lectorem Hec audiens pater eiꝰ pres
byter retulit episcopo. Episcopꝰ ve-
ro congregauit presbyteros et iussit
vocari lectorem Interrogatꝰ ab epi
scopo lector nō confitebatur Quod
enim non fecerat quomodo diceret?
Indignatus est episcopus ⁊ cum ter
rore dicit ei. Nō confiteris infelix et
immunditia plene? Respōdēs lector
dixit. Ego quidem quod erat verum
dixi quia non habeo causam. Immu
nis enim sum. Si autem iubes quod
non est verum audiri ecce dico quia
feci Hoc autem cum dixisset statim
deposuit eum episcopus de gradu le
ctoris. Ille autem deprecatus est epi
scopū et dixit ei. Quia ergo peccaui
iube eam mihi dari vxorem. Neqz
enim ego ero ex hoc clericus neqz illa
virgo. Et tradita est in ptātem lecto
ris Accipiens ergo eam ab epo et a
patre eius commendauit eam in mo
nasterium mulierum et deprecatus ē
diaconissam que erat preposita soro
ribus monasterij ut vsqz quo genera-
ret sufferrent eam. Itaqz in pauco tpe
impleti sunt dies partus et affuit ho
ra iudicij gemitus. dolores. anxietas
ac infernales tormentorum dolores ac
ptus nō egrediebat Trāsit pima dies
secūda tertia et septima dies. Mulier
p nimijs dolorib' inferno appropin
qbat. nō comedit. non bibit nec dor
miuit. Hz clamabat dicens Heu mihi
infelicissime piclitor q̃ maxīe qz incri
minata sū lectorē. Audītes āt dixerūt
patri eius. Pater vero timēs ne rep-
hēderet q̃si q̃ calūniatus lectorē fuis
set tacuit alios duos dies. Puella āt
in tormentis posita nec pariebat nec
moriebat in tm̃ vt clamorē eiꝰ nō fe
rentes nunciarent epo dicētes Testa
tur cuz sacramēto infelix illa clamās
diebꝰ ac noctibꝰ qz criminata ē lecto
rē. Tūc misit eps ad eū diaconū ⁊ mā
dauit ei dicēs Ora vt libereť q̃ te cri
minata est. Ipe autē nec rñdit ei nec
ostiū aperuit Ex q̃ die aūt ingressus
clauserat se depcabat xpi dm̃ miam.
Pergit iterū pater ad epm et fit oro
in ecca ⁊ nec sic liberata est. Surgēs
aūt eps iuit ad lectorē ⁊ pulsās ostiū
ingredit ad euz et dicit ei. Euschadi
surge solue qd̄ ligasti. Et cū inclīassz
genua lector cū epo statiz enixa ē mu
lier Prevaluit em̃ depcatio et instan
tia orōis ad demonstrandā calūniā
et arguendaz criminatricē. vt ex hoc
discamꝰ quantū pualet instantia oro
nū de piculis liberare et cognoscamꝰ
apud deū earū potentiā .xci.

Ad beatū apollonez cū germa-
nus suus intempesta noctevenissz pe
tens vt de monasterio suo paulisper
egressus ad eleuādū bouē q̃ in palu-
dis sceno cecidisset ei pberet auxiliū
flebiliter querebat. qz euz solus non
posset eruere. Cum abbas apollo in
stanter obsecranti ait. Cur iuniorez
frēm nostrū quē preteriēs viciniorē
q̃ me habuisti nō rogasti? Cūqz ille

mortem olim sepulti fratris oblitam ex nimia abstinētia ac solitudinis iugitate velut impotem mentis existimans respondisset. quemadmodum poteram eum de sepulchro qui ante annos quindecim obijt vocare. Abbas apollo respōdit ei dicens Ignoras me quoq; aū annos viginti huic mundo fuisset defunctum. nullaq; iā posse ō huius cellule sepulchro que ad presentis vite pertinēt statū cuiq; conferre solatia. quem in tantuz christus ab intentione abrenunciatōnis mundi abreptum vel modicū ad trahendum bouem tuum non patitur relaxari. ut ne breuissimum quidem momenti inducias se sequēti discipulo pro patris indulserit sepultura

Quidam senex xciij. dixit. Si audieris de aliq̄ fratre verbum malum vel q̄ agat iniqua respō de dicens. Nunquid ego iudex eius sum? Ipe hodie ego cras. Opa quidem eius infirma tibi nota sunt et p̄scrutaris ea. quare fortia eius opera et vtilia nescis? Ego iam mortuus sū in peccatis sufficiunt mihi pctā mea.

Frater quidam .xciij. abijt haurire aquam de flumine. ⁊ inueniens mulierem lauantem vestimēta peccauit cum ea. Hauriens autez aquam ibat ad cellulā Insilierūt autem in eum demones per cogitatōes et contristabant eum dicentes De cetero vbi vadis. non est tibi vlterius salus. vt quid etiam seculum perdis? Intelligens autez frater ille quia volunt eum omnino perdere erigens se viriliter per confidentiam dicit cogitationibus suis. Unde ingresse estis in me cogitationes male et cōtristatis me volētes me omnino perdere? Non peccaui et iteruz dico non peccaui. Et egressus in cellulaz suam cōtinebat se sicut heri et nudiustertius. Reuelauit autez deus in vicino eius seniori quia frater ille ruens ⁊ in ipo casu subruisset diabolū ⁊ vicisset Veniens autem ad illum senior dicit illi Quomodo habes frater? Ille respōdit Bene abba. Dicit ei senior. Et nō es passus tristiciaz his dieb⁹? Respōdit ei frater Non Dicit ei senior Reuelauit mihi deus. quia ruens subruisti diabolum et vicisti. Tūc frater retulit omnia illi que sibi aduenissent. Senior autem dixit illi. Certe frater discretio tua cōtriuit virtutē inimici

Referebāt quidā frēs xciiij de abbate niceta q̄ fuit discipul⁹ abbatis siluani quia quādo in cella sua in monte syna degebat moderate abstinebat pro necessitate corporis. qm̄ aūt episcopus ordinatus est ī faran nimis cōstrinxit seip̄m in diuina abstinentia et in vigilijs propensius atq; in orationib⁹ intenti⁹ agebat Hec aūt videns discipulus eius dixit ei. Quid est dñe hoc. q̄ quādo in heremo cōuersabamur nō tantū in abstinentia laborabas. Rūdit ei beatus vir dicens. Considera frater qm̄ ibi herem⁹ erat et secreta vita ac paupertas. nūc aūt egressi de heremo cum secularib⁹ cōuersamur hoīb⁹. et multe ac varie nobis occasiones occurrūt. et ideo timeo ne in fine vite mee ī aliqua occasione deū offendam⁹. Si em̄ scūs apostol⁹ paul⁹ q̄ xp̄m in se loq̄ntem habebat. et qui tantas virtutes animi possidebat. vt vsq; ad tertium celuz adhuc in corpore positus ascēderet. tamen dicebat macero corpus meum et seruituti subitione forsitan alijs p̄dicās ipe reprobus inueniar. q̄d nos hūiles et pctōres oportz facē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex quarto libro vitaſpatrū.

Narrauit quidaz quia tres ſtudioſi diligentes ſe facti ſunt monachi. et vnus quidem ex eis elegit litigātes in pacem reducere iuxta illud quod dictum eſt. bti pacifici. Secundus vero viſitare infirmos. tertiꝰ vero abijt quieſcere ī ſolitudine. Primus ergo laborās propter lites hominum non poterat omnes ſanare. Et tedio victus venit ad euz qui ſeruiebat infirmis et inueniebat etiā ipſum animo deficientē. ⁊ non preualebat mandatum perficere. Et concordantes hi duo abierunt videre illuz qui in heremo diſceſſerat et narrauerunt ei tribulationes ſuas et rogauerunt eum vt diceret eis quid ipē pfecerit. Et reticens paululū miſit aquā in ciphum et dicit eis. Attendite in aquā et erat turbulenta. Et poſt modicum rurſum dicit. Attēdite modo quomodo limpida facta ē aqua. Et cum intenderent in aquam vident tā qz in ſpeculo vultus ſuos. Et tunc dicit eis. Sic eſt qui in medio hominū conſiſtit. a turba enim non videt peccata ſua. Cum autem quieuerit ⁊ maxime in ſolitudine tunc delicta ſua cōſpiciet. .xcvi.

Narrauit quidam ſenex ꝙ aliquis frater dum conuerti vellet et ꝓhiberetur a matre ſua nō quieſcebat ab intentione ſua dicēs. Saluare volo animam meam. Illa vero multuz reſiſtebat. Cuz ergo deſiderium eius impedire non potuiſſet. poſtea pmiſit. Abiens autem factꝰ eſt monachꝰ et ſub negligentia vitam ſuam expendit. Contigit autem vt mater ſua moreretur. et poſt tempus aliquantum etiam ipſe infirmatus eſt infirmitate magna. Et cum factus ſuiſſet in exceſſum mētis raptus ad iudicium inuenit matrem ſuam cuz his qui iudicabantur. Illa autem vt vidit eum obſtupuit dicens. Quid eſt hoc fili? Et tu in hunc locum condemnatus veniſti? Vbi ſunt ſermōes tui quos loquebaris dicendo ſaluare volo animam meam? Confuſus autem in his que audierat ipo dolore ſtupidus factꝰ ē ſtabatqz non habens quid matri reſpondere poſſet. Juxta diſpenſationē autem ōi miſericordis poſtea qz hec vidit contigit vt repararetur et euaderet ab inſtanti infirmitate. Et cogitans apud ſe diuinitus factaz eſſe huiuſcemodi viſionem includens ſe de cetero ſedebat et cogitabat de ſalute ſua. penitens ⁊ plorans de his q egerat ſub negligentia prius. Tanta autem ei erat intentio vt multi eum rogarent indulgere ſibi paululuz ne forte leſionem aliquam pateretur ō fletu quem ſupra modū ſibimet indicebat. Ille āt nullo modo voluit cōſolari dicens. Si improperiū matris mee ſuſtinere non potui quomō xpi et angeloruz eius aduerſum me cōfuſionem potero in die iudicij ſuſtinere. .xcvij.

Fratres quidam aliquādo volentes ire ed beatū anthoniū de loco ſichi ingreſſi ſūt nauiz vt irent ad eū et inueniūt in ipſa naui ſenem qui ad anthoniū ire volebat. Ignorabāt āt eū frēs ⁊ ſedentes in naui loquebant ſmones patrū et ō ſcpturis et rurſus de opib⁹ manuū ſuarū. Ille āt ſenex poia tacebat. Cū āt veniſſent ad portū agnouerūt et ipm ſenē pficiſci ad anthoniū abbatē. Cuz autem veniſſent ad eum dicit eis abbas Anthonius

Bonum comitatum itineris inueni-
stis senis huius. Dixit autem et seni.
Bonos fratres inuenisti tecuz abba
Dicit ei senex. Boni sunt quidem sed
habitatio eorum non habet ianuaz.
Quicunqz vult intrat in stabulum ⁊
soluit asinum. Hoc autez dicebat qz
quodcunqz ascendebat in ore ipsorū
hoc loquebātur

xcviij.

Misit aliquando Epiphanius
episcopus ciprius ad abbatem hila-
rionem rogans eum et dicens Veni
ut nos videamus anteq̄ de corpore
exeamus Qui cum venisset gauisi sūt
ad inuicem. Manducantibus autem
eis allatum est eis d̄ auibus quiddā
Quod tenens episcopus dedit abba
ti hilarioni; Et dicit ei senex Ignosce
mihi pater quia ex quo accepi habi
tum istum nō manducaui quicq̄ oc-
cisum. Et dixit ei epiphanius episco
pus Ego autem ex quo accepi habi
tum istum non dimisi aliquem dor-
mire qui habebat aliquid aduersum
me. nec ego dormiui habēs aduersus
aliquez Et dixit ei senex Ignosce mi
hi quia tua conuersatō maior ē mea

.xcix.

Ascēdit aliquando presbyter d̄
sichi ad episcopum alexandrinum. ⁊
quādo reuersus est in sichi interroga
uerunt eum fratres. Quomodo ē ci-
uitas? Ille autem dixit eis. Credite
mihi fratres ego ibi faciem nullius
hominis vidi nisi tantum episcopi.
Illi autem audiētes mirati sunt ⁊ di
xerunt. Quid putas facta est omnis
multitudo Presbyter vero refouit he
sitantes dicens Extorsi animo meo
ne intuerer faciem hominis Ex qua
relatione profecerūt fratres ut custo
diant se ab extollentia oculorum suo
rum.

Centesimū

Frater quidam erat omnino in
conuersatione solicitus. Et cum val
de a fornicationis demone turbaret
venit ad quendam senem et retulit ei
cogitationes suas Ille autez audiēs
quia inexpertus erat indignatus est
et miserabilem dicebat esse illum fra
trem et indignum monachi habitu
quippe qui huiusmodi cogitationes
receperit. Hoc audiens frater despe
rans seipsum reliquit propriam cel-
lam et ad seculum redibat Scd̄m au
tem dispensationem dei occurrit ei
abbas apollo et videns eum pertur
batum et nimium tristem, intertoga-
uit eum dicens Fili que est causa tan
te tristicie? Ille autez ex multa confu-
sione animi sui non respōdit ei quic-
q̄. Posteavero cum multum rogare
tur a sene que circa se agerentur con
fessus est dicens. quia cogitationes
fornicationis inquietant me. Quod
confessus sum illi seni. et s̄m verbum
eius non est mihi spes salutis. Despe
rans ergo meipsum ad seculuz redeo
Hec autem pater apollo audiēs ve-
lut sapiens medicus multū rogabat
et monebat eum dicens. Noli mira
ri fili neqz desperes teipsuz Ego em̄
in hac etate atqz conuersatione val
de ab huiusmodi cogitationibus in
quietor. ne ergo deficias huiusmodi
occasione que non tantum humana
solicitudine quantum dei miseratio-
ne curatur. Tantum hodie dona mi-
hi quod peto et reuertere ad cellam
tuā. Fecit aūt sic. Abbas aūt apollo
discedens ab eo perrexit ad cellaz se-
nis illius qui ei desperatōem fecerat
et stans foris dep̄catus ē dn̄m cū la
lachrymis dicēs Dn̄e q̄ tētatōes vti
lit̄ infers ꝯuerte bellū qd̄ patitur fra

ter ille in hunc senem ut ꝑ exꝑimen
tum in senectute sua discat qđ tempe
longo nō didicit quatenus cōpatia-
tur his qui huiusmodi tentatōnibus
perturbantur. Qui cum orōem com
plesset vidit ethiopem stantem iuxta
cellam et sagittas mittentem contra
illum senem Quibus quasi ꝑforatus
statim quasi ebrius a vino huc atqꝫ
illuc ferebatur. et cum non possꝫ tole
rare egressus est đ cella eadēqꝫ via q̄
et ille iuuenis ad seculū redibat. Ab
bas āt apollo intelligēs quod factū
erat occurrit ei et accedens ad euꝫ di
xit. Ubi vadis et que est causa turba
tionis que obtinet te? Ille āt sentiēs
quia intellexit vir sanctus que ei eue
nerant pre verecundia nihil dicebat
Dixit autē abbas apollo Reuertere
ad cellam tuā et de cetero agnosce in
firmitatez tuam et habe apud temet
ip̄m quia aut ignoratus sis a diabo
lo vsqꝫ modo. aut contēptus propt̄
quod nō meruisti ꝑm virtutuꝫ vires
habere contra diabolum luctamen-
ta Quid autem dico luctamenta qui
nec vno die aggressionez ipsius por
tare potuisti. Hoc autem tibi conti
git quia iuuenem illū a communi ad
uersario impugnatum suscipiens cuꝫ
debuisses eū contra diaboli certamē
consolatorijs monere verbis etiam ī
desperatōem posuisti non cogitans
illud sapiētissimū preceptum quo iu
bemur eripere eos qui ducuntur ad
mortem. sed neqꝫ parabolaꝫ saluato
ris nostri dicētis harundinē quassa-
tam non debere confringi. et linū fu-
migans non extingui. Nemo enī fer
re posset insidias aduersarij neqꝫ bu
lientis nature ignem extinguere vel
retinere nisi gratia đi confortaret in
firmitatem humanam que in nobis
salutari dispensatione humiliatur. iā
communi oratione dominū deprece
mur ut aduersum te emissum flagellū
auertatur qm̄ ipse dolorez facit ⁊ ite
rum saluti restituit. percutit ⁊ manus
eius sanat Hec dicens oratōnem im
plet et statiꝫ ab illato sibi bello senex
ille liberatus est. Quem commonuit
abbas apollo ut peteret sibi dari a
deo linguam eruditam ut sciret tem
pus quo oporteat loqui sermonem.

Venit aliquando quidam ci.
in sichi ut fieret monachus. qui etiā
accepit filiū suum nuper ablactatum
Qui cum factus fuisset iuuenis cepe-
runt impugnatores demones solici-
tare eum. Et dixit patri suo. Vado
ad seculum quoniam non valeo car-
nales concupiscentias sustinere Pat̄
autem eius consolabatur eum Dixit
ergo illi iuuenis. Jam sustinere non
valeo pr̄ dimitte me redire ad seculū
Dixit ei pater suus. Audi me fili ad
huc semel et tolle tibi quadragīta pa
nes. et folia palmarum dierum q̄dra
ginta et vade in heremum quadragī
ta dieb⁹ ⁊ voluntas dn̄i fiet Qui obe
diens patri suo surrexit et abijt in he
remū et mansit ibi laborans ⁊ faciēs
plectas de palmis et panem siccum
comedens. Et cum ibi dies viginti
quieuisset ecce vidit opus quoddam
diabolicuꝫ venire super se et stetit co
ram eo velut mulier ethiopissa fetida
et turpis aspectu. ita ut fetorem eius
sufferre non posset ⁊ abijciebat eam
a se. Et illa dicebat ei. Ego sum que
in cordibus hominum dulcis appa
reo. sed propter obedientiam tuaꝫ et
laborem quem sustines nō permisit
me deus seducere te. sed innotui tibi
fetorem meum. Ille āt surrexit ⁊ gra
tias agēs đo veīt ad prēz suū ⁊ dixit

ei. Jam nolo ire ad seculum pater. vi
di enim operationem diaboli et feto
rem eius. Cognouerat autem pater
eius de hocipso et dicit ei. Si man
sisses quadragita dies et custodisses
vsqz ad finem mandatum meum ma
iora haberes videre .cij.

Senex quidam sedebat in lon
ginqua heremo. qui habebat vnam
parentem que desiderabat eum post
annos multos videre. et exquisiuit ī
quo loco habitaret. Surrexit et ve
nit in viam heremi illius et inueniēs
camelarios adiunxit se cum illis ⁊ in
gressa est in heremo cum eis. Nec ātr
trahebatur a diabolo. Que cum ve
nisset ad ianuam senis signis cepit in
dicare seipam dicens Ego sū illa pa
rens tua. et mansit apud euz Erat āt
alius monachus sedēs in inferiori p
te heremi qui implebat sibi suriscula
aqua ⁊ hora qua māducare voluisz
subito versabatur suriscula et funde
batur aqua Qui inspirāte deo dixit
in semetipo Ingredior in heremū et
dico hoc quod mihi euenit de aqua
seniorib̄us Et surgens abijt Et cum
sero factū eēt dormiuit ī templo quo
dam idolorum iuxta viam et vidit no
cte demones dicentes Ista nocte pci
pitauimus illuz monachū in fornica
tōem Quod cum audisset tristatus ē
et perueniens ad senem inuenit eū tri
stem et dicit ei. Quid faciam abba qz
impleo mihi vasculum aqua et in ho
ra māducandi effundit? Et dicit ei se
nex. Tu venisti interrogare me qz su
riscula tua versatur. et ego qd faciaz
quia hac nocte cecidi in fornicatōez?
Cui respondit. Et ego cognoui. Et
dicit ei. Unō scis? Qui dixit. Dormie
bam in templo et audiebam demo
nes loquentes de te. Et dixit senex.
Ecce vado ad seculum Ille autez ro
gabat eum dicens. Non pater. sed p
mane in loco isto. mulierez autem di
mitte hinc. Hoc enim ex incursu ini
mici contigit. Quo audito senex su
stinuit extendens et aggrauans con
uersationem suam cuz lachrymis do
nec rediret in priorem ordinem suū.

Frater quidam .ciij.
interrogauit senem dicens Si conti
git hominem in tentationem cadere
quid fit propter eos qui scandalizan
tur in eo. Et narrauit senex dicens.
Diaconus quidam erat nominatus
in monasterio egipti. Dum autez qui
dam curialis insecutōnem iudicis pa
teretur. venit cuz omni domo sua ad
monasterium. et cooperante iniquo
incurrit diaconus ille ī mulierē eius
et facta est omnibus fratribus confu
sio Ille autem abijt ad quendaz senē
et indicauit ei rem. Senex vero ha
buit cellam interiorem occultā. Quā
cum vidisset diaconus ille dixit. Se
peli me hic sic viuum et non indices
cuiqz Et intrauit in obscuritatem il
lius celle et egit illic penitentiā ex ve
ritate. Contingit autē ut post aliquā
tum temporis non ascenderet aqua ī
flumine nili. Et cum omnes letanias
facerent reuelatum est cuidaz sancto
rum quia nisi venerit diaconus qui
absconsus est apud illum talem mo
nachum non ascenderet fluminis aq
Quod cum audissent ammirati sunt
et venientes eiecerunt eum de loco ī
quo erat et orauit et ascendit aqua.
et qui aliquando scandalizati fuerāt
edificati sunt et postea in penitentia
eius glorificauerunt deum

Duo fratres .ciiij.
impugnati a fornicatione abierūt et
acceperūt vxores Postea vero dixe

runt ad inuicem Quid lucrati sum⁹ quia deseruimus angelicū ordinem ⁊ venimus in immunditiā istaz.et post hec in ignem tormenti venturi sum⁹? Redeamus ergo iterum ad heremū et agamus de his que p̄sumpsim⁹ penitentiam Et venientes ad heremuz rogauerunt patres et susceperūt eos penitentes et confitētes ea que gesserant. Et clauserunt eos annum integruz senes et ambobus equaliter ad pensum dabant panes ⁊ ad mensurā aquam. Erant autē visione consimiles.et dum completū fuisset tempus penitentie exierunt et viderunt prēs vnū pallidū et tristē nimis aliū vero clarum et robustum. Et mirati sunt quoniā et cibum et potum equaliter acceperant. Et interrogauerunt euz qui tristis et afflictus erat dicentes. Quid exercebas cum cogitationib⁹ tuis ī cellula tua? Et ille dixit ꝓ malis que feci quia penas in quas venturus eram in aīo meo reuoluebam. et a timore adheserūt ossa mea carni mee. Interrogauerunt autem et aliū dicētes Quid cogitabas ī cella tua? Et ille respondit. Deo gratias referebam.quia eruit me de inquinamētis huius mundi et de futuri seculi penis et reuocauit me ad hanc conuersationē angelicā.et reminiscens dei mei letabar Et dixerunt Equalis ē ambo rū penitentia apud deum cv.

Senex quidā erat in sichi q̄ cuz incurrissz in egritudinē magnā seruiebant ei frēs Et videns senex qz laborarent dixit. Vado in egiptū ut non soluam frēs istos. Et dicit ei abbas moyses. Non vadas quia in fornicationem incursurus es Ille autē cōtristat⁹ dicebat Oportuū est corp⁹ meuz et tu mihi ista dicis. Surgens ergo abiit in egiptū Quod cū audissēt homines circū quaqz habitantes offerebant ei multa. Venit etiaz ad eū quedā virgo fidelis volēs obsequiū iuū seni infirmanti impēdere. Et post aliquantulum tp̄is cū paululū de egritudine qua tenebatur melius habuissz incurrit in eā et illa concepit. Interrogata āt a vicinis loci vnde concepisset illa respondit. De hoc sene. Illi āt ei non credebāt. Senex vero dicebat Ego feci.sed custodite infantem quē paritura ē Que cū genuissz puerum et ablactat⁹ fuisset tulit senex infantem in humeros suos. et die qua erat festiuitas in sichi occurrit ibi et intrauit in ecclesiā corā multitudine fratrum Illi autez videntes eum fleuerunt Qui dixit fratribus. Videtis infantem hunc.filius est inobedientie Cauete ergo vos frēs quia ī senectute hoc feci et orate ꝓ me Et pergens ad cellam suam ad initium prime cōuersationis sue reuersus est.

.cvi.

Solitarius quidaz erat in inferioribus partib⁹ egipti. Hic erat nominatissimus quia sol⁹ sedebat ī cella in deserto loco Et ecce iuxta oprationem sathane mulier quedaz inhonesta audiens de eo dicebat iuuenibus. Quid vultis mihi dare et deponо istum solitarium vestrum? Illi autem constituerunt certum quid daturi essent ei. Que egressa vespere venit in cellam eius velut errans Et cum pulsasset cellam egressus est ille.⁊ videns illam turbatus est dicēs. Quomodo huc venisti? Illa autem quasi plorans dicebat Errando huc veni. Qui cū miseratōe viscerū moueretur introduxit eam in atriolū cellule sue et ipse intrauit interius in cellam et

clausit. Et ecce infelix illa clamauit dicens Abba fere comedunt me hic. Ille autem iterū turbatus est timens etiam iudiciuz dei dicebat. Unde mihi venit hec ira? Et aperiens ostium introduxit eaz intro Cepit autē diabolus velut sagittis stimulare coz eiꝰ in eam. Qui cum intellexisset diaboli cē stimlos dicebat intra semetipm. Ulie inimici tenebre sunt. filijs autem dei lux est. Et surgens incendit lucernam. et cuz inflammaret desiderio dicebat. qm̄ qui talia agunt in tormenta vadūt. Proba ergo teipm ex hoc si potes sustinere ignē eternū Et mittebat digitum suū in lucernā. Quem cū incendisset ardens non sentiebat propter niniā flammā carnalis pcupiscentie. Et ita faciēs vsqz mane incēdit oēs digitos suos Illa autē infelix videns qd faciebat a timore velut lapidea facta est. Et venientes mane iuuenes q̄ eā miserant ad monachuz illū dicebant Uenit huc mulier sero. Ille autē dixit Ecce vbi dormit. Et intrātes inuenerunt eā mortuaz ⁊ dicunt Abba mortua est. Tūc ille excutiens palliolu suū quo vtebat ostendit eis manus suas dicēs Ecce qd fecit mihi filia ista diaboli. pdidit oēs digitos meos Et narrās eis qd factū fuerat dicebat. scptū ē nō reddes malū p malo. Et faciēs orōez suscitauit eā. Que cōuersa caste se egit residuuz tempus vite sue. .cvij.

Frater quidam impugnabatur a fornicatione Contigit autez ut veniret in vicum quendam egipti ⁊ videns filiā sacerdotis paganoruz adamauit eā Et dixit pri eius. Da mihi eā vxorem Ille autem rndens dixit. Non possum eaz dare tibi nisi interrogauero deū meū. Et abiens ad demonem quem colebat dixit ei. Ecce monachus quidam venit volens accipere filiam meā. do eam illi? Respōdens demon dixit Si negat deū suū et baptismū et ꝓpositū monachi interroga eum Et veniens dixit ei. Nega deum tuum et baptismum ⁊ propositum monachi et dabo tibi filiā meaz Ille vero consensit et statim vidit velut columbam exire de ore suo et volare in celuz. Pergens autē sacerdos ad demonē dixit. Ecce pmisit se tria illa facturū Tunc respondens diabolus dixit ei. Non des ei filiam tuā in vxorem quia deus eius non recessit ab eo. sed adhuc adiuuabit eum. Et veniēs sacerdos dixit fratri illi. Nō possum eaz tibi dare quia adhuc deus tuus adiuuat te et nō recessit a te Hec audiēs frater dixit in semetipo Si tantam bonitatem oñdit deus in me cum ego infelix negauerim ⁊ ipm et baptismū et ꝓpositu monachi. Bonus aūt deꝰ etiā sic malū nūc vsqz adiuuat me. cur ego recedā ab eo? Et ī semetipm reuersus recepit sobrietatē mentis Et venit ī heremū ad magnū quendā senē et narrauit ei rem q̄ fuerat facta. Et respondit ei senex. Sede mecum in spelunca et ieiuna tres ebdomadas cōtinuas et ego deprecor deuz pro te. Et laborauit senex p fratre. et depcatus est dñm dicens. Obsecro te dñe da mihi aiam hāc ⁊ suscipe penitentiā eiꝰ. Et exaudiuit orōez eius deus. et cum impleta fuisset prima ebdomada venit senex ad illum fratrem et interrogauit eum dicens. Aliquid vidisti? Et respondens frater dixit. Etiam vidi columbam sursū in altitudine celi cōtra caput meū volantem. Et respōdēs senex dixit ei Attēde tibimetipiz depcaē deū ītēte

Secdo vero venit iterū ſenex ad frēm et iterrogauit eum dicens Vidiſti aliquid? Et respondit. Vidi columbam venientem iuxta caput meuz. Et pecepit ei ſenex dicens Sobri' eſto mēte et ora. Et cōpleta tertia ebdomada venit iteruz ſenex et interrogauit eum dicens Ne aliquid plus vidiſti? Et respondēs ille dixit Vidi columbā que venit et ſtetit ſupra caput meum et tetendi manum meaz tenere eā illa autem ſurgens intrauit in os meum. Et gratias agēs deo ſenex dixit fratri Ecce ſuſcepit deus penitentiaz tuam de cetero attende tibimetipſi z eſto ſolicitus. Et respondens frater dixit. Ecce amodo tecum ero donec moriar. .cviij.

Vicebat quidam de thebeis ſenibus ꝙ ipſe eſſet fili' ſacerdotis idolorum. et cum paruulus ſederez in tēplo et vidiſſem prēm meum frequenter ingredi et ſacrificia offerre idolo ſemel occulte poſt ipſum intraui z vidi ſathanam ſedentem et omnem militiam eius aſtantem ei. et ecce vnus de principib' eius veniens adorauit eum Cui diabolus dixit Vnde veis tu? Et ille respondit. In illa prouincia eram et ſuſcitaui illic bella et perturbatōes plurimas et effuſiones ſanguinis faciens et veni nunciare tibi. Et diabolus interrogauit. In quantū temporis hoc feciſti? Et ille respōdit. In trigīta diebus. Et diabolus iuſſit eum flagellari dicens Tanto tēpore hoc ſolum feciſti. Et ecce alius veniens adorauit eū. et ipſi dixit Vnde venis tu? Et respondit demō In mari eram et ſuſcitaui ꝓmotōes z dimerſi naues et multos hoīes occidēs veni nūciare tibi. Et dixit ei diabolus Quāto tpe hoc feciſti? Et ille respōdit Sunt dies viginti. Et hunc ſimiliter iuſſit flagellari dicens. Quare i tantis diebus hoc ſolū feciſti? Et tertius veniēs adorabat eum. Dixit autem et huic. Et tu vnde venis? Et respondit In illa ciuitate fui et dum ibi fierēt nuptie excitaui lites z multas effuſiones ſanguinis feci. inſuper et ipm ſponſum occidi et veni nūciare tibi. Et dixit ei. In quātis diebus hoc feciſti? Et respondit decem. Iuſſit autem et hunc qui moras fecerat flagellari Venit autez et alter adorare eum. et dixit ei. Vnde venis? Et respondit. In heremo erā Et ecce quadraginta anni ſunt ꝙ impugno monachum quendam z vix nocte vna p̄ ualui ut facerem eū fornicari Quod diabolus audiens ſurrexit z oſculat' eſt eum. et tollens coronam quaz ipe habebat poſuit in capite eius et fecit eum ſibi in vna ſede conſidere dicēs. Magnam rem et fortē egiſti Et hoc ego cum vidiſſem vel audiſſem dixi intra memetipſum Valde magnus ē ordo monachorū. Et ita placuit ꝛo ſalutem donare mihi et egreſſus ſum et factus ſum monachus cix.

Monachus quidā ſolitari' antiquus et in conuerſatione proficiens ſedebat in mōte in partibus antinoo cuius verbis et actu multi proficiebāt Et cum talis eſſet excitat' ē diabol' ad inuidiam contra eum ſicut et contra omnes viros virtutuz. Et immittit eius in animo cogitatiōem talem vt ei qui in tali cōuerſatione eſſet nō deberet ſeruiri ab alio aut miniſterīū exhiberi. ſed magis ipm debere alijs miniſtrare. Si alijs nō exhiberet miniſterium ſaltem ſibiipſi ſeruiret dicens. Vende ergo in ciuitate ſportellas quas facis et eme tibi que opus

sunt et reuertere ad locum tuū et nul
li sis onerosus. Hoc autem suggere
bat antiquus hostis diabolus inui
dens quieti eius.et oportune vacatō
ni eius ad deum et vtilitati multorū
vndiqz enim diabolus venari euz et
capere festinabat. Illevero tanqz bo
ne cogitationi adquiescens descēdit
de monasterio suo. et qui erat omni
bus admirandus ignotus tamen bu
iusmodi insidiantis astutie notus au
tem et famosus omnibus a quib' vi
debatur. Exiens autem cum nō post
multum tempus mulierem vidisset.p
incautela sua supplantatus est et in
currit ī eaz. Et veniens in desertuz lo
cum sequente diabolo vestigia ei' iu
xta flumen cecidit Et cogitans quia
gauisus est inimicus ō ruina eius vo
luit seipm desperare. qz spm dni con
tristauit et sanctos angelos z venera
biles patres quorū multi etiam in ci
uitatibus habitātes supauerunt dia
bolum Et cum nulli se horum facere
similem posset contristabatur valde
et non recordabatur quia deus est q
tribuit virtutem his qui ad deuz de
uotissime conuertuntur. Et cecatus
et non videns peccati sui curam vo
luit se in flumen iactare vt perfectum
gaudium faceret inimico. Ex multo
enim animi dolore infirmatus ē cor
pore.et nisi postea misericors de' au
xilium prestitisset ei ad perfectū gau
dium inimici sine penitētia moreret.
Nouissime autez in se reuersus cogi
tauit maiorem laborem in afflictōne
penitentie demonstrare et supplicare
deo in fletu et planctu z ita redijt ad
monasterium suum Et damnās osti
um celle sue sicut solet super mortuuz
ita flebat supplicans deo. Jeiunans
autem z vigilans cum omni anxieta
te extenuauit corpus suum et nec sic
satisfactum putabat animo suo quia
congrue penituisset Fratribus autez
sepe venientibus ad se sue vtilitatis
causa et pulsantibus ostium ipe dice
bat.non se aperire posse dicens. Sac
mento me constrinxi vnum annū de
uote penitentiam agere. sed orate p
me Nec enim inueniebat quomodo
se eis excusaret.quoniam illi scandali
zabantur Fecitqz totum annum ieiu
nans intente et deuote penitentiam
agēs Die autem pasche nocte ipa no
cte dominice resurrectōnis tollens lu
cernam nouam z faciens eam posuit
in cacabo nouo z cooperiēs ō oper
culo a sero surrexit ad orōnem dicēs
Misericors et miserator deus qui et
barbaros saluari vis et ad veritatis
agnitōnem venire ad te confugi fide
liuz saluator miserere mei.quia pluri
mū te exacerbaui et inimicum meum
gaudere feci.et ecce mortuus suz obe
diens ei. Tu domine et impijs et his
qui sunt sine misericordia misereris.
sed et proximis misericordiam impē
di precipis miserere humilitati mee.
Apud te enim nihil impossibile est.
quoniam secus infernum dissipata ē
sicut puluis aīma mea Fac misericor
diam quia benignus es z misericors
figmento tuo.qui et corpora que nō
sunt in die resurrectōnis suscitaturus
es Exaudi me domine qz deficit spi
ritus meus et infelix aīa mea.tabefa
ctum est et corpus meum quod coin
quinaui Ignosce peccatori per peni
tentiam duplex habenti peccatuz ex
desperatione viuifica me contritū. et
igne tuo precipe hanc lucernam acce
di.vt et ego accipiens fiduciam mise
ricordie et indulgentie tue residuum
tempus vite mee quod mihi donaue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ris mandata tua cuſtodiā et a timo-
re tuo nō recedā. ſed deuote ſeruiā ti
bi amplius q̃ primo. Et hec ī nocte
ipſa reſurrectionis cū multis lachry
mis dicens ſurrexit vt videret ſi ecce
ſa eēt lucerna Et diſtecto cacabo vi
dit qz non eēt accenſa et cecidit itez
in faciem ſuam rogans dominum et
dicens Scio domine quia certamen
factum eſt vt coronarer et non ſteti ī
pedibus meis eligēs magis propter
carnis delectationem tormentis im-
piorum adūci. parce ergo mihi dñe.
Ecce enim iterum confiteboz tue bo
nitati turpitudinem meā coraz ange
lis tuis et coram iuſtis omnibus. et
niſi quia ſcandalizari poſſunt etiam
omnibus hominibus confiterer. De
us miſerere mei ⁊ vt alios erudiā do
mine viuifica me. Et ita tribus vici-
bus orans exauditus eſt. Et ſurgens
inuenit lucernā clare ardentem Et ex
ultans in ſpe confortatus eſt in gau
dio cordis. admirans de gratia dei.
quia et peccatis eius indulſit et ſatiſ-
fecit iuxta petitionē eius animo eius
⁊ dicebat Gratias tibi ago dñe quia
etiaz vite ſeculi huius indigno miſer
tus es ī magno et nouo ſigno hoc fi
duciam tribuens Parcis enī anima
bus miſericoz quas creaſti Ita aūt
perſeuerante eo in confeſſione illuxit
dies et letabaz in domino oblito cor
porali cibo Ignem autem lucerne il
lius toto corpe vite ſue ſeruauit oleū
ſubinde ſuperfundens. ⁊ faciens deſu
per quo minus extinguerctur. et ita
rurſus diuinus ſpiritus habitauit in
eo Et factus eſt apud omēs inſignis
humilitatem exhibens in confeſſiōe
et gratiarum actione domino cuz le
ticia. Cui etiam ante aliq̃t dies mor
tis ſue reuelatum eſt de tranſitu ſuo.

.cx.

Dicebant de quodam patre qz
ſecularis fuiſſet et poſtea q̃ conuer-
ſus eſt de concupiſcentia vxoris ſue
frequēter ſtimulatus eſt et narrabat
hoc patribus Qui cum vidiſſent qz
operari⁹ fuiſſet et maius faceret op⁹
q̃ ei dicebant imponebantz ei quedā
vt debilitaretur corpus eius ita vt
nec ſurgere poſſet. Deo autem diſpē
ſante veīt q̃dā pr̄ vt applicaret in fi-
chi. Et cum veniſſet ad cellam eius
vidit eam apertam. et pertranſit ad
mirans quomodo nemo egreſſus eſt
in occurſum eius. Et reuerſus pulſa-
uit dicens. Ne forte frater qui in ea
habitat infirmetur. Et cum pulſaret
intrauit et inuenit eum infirmum et
dicit ei. Quid habes pater? Et nar-
rauit ei dicens. Ego de ſeculari vita
ſum et ſolicitat me modo inimicus ī
vxorem meam et narraui patribus
et impoſuerunt mihi conuerſationis
onera diuerſa et cum obedienter im
plere vellem ecce defeci. et tamen ſti
mulus creſcit. Audiens hec ſenex cō-
triſtatus eſt et dixit ei. Equidem pa
tres vt potētes viri bene tibi impo
ſuerunt onera quibus graueris. ſed
ſi me paululum audis iacta a te hec
et ſume parum cibi in tempore ſuo ⁊
recollige vires tuas et fac aliquantū
opus dei. et iacta in dominuz cogita
tionem tuam. quoniam tuo labore
hanc rem non poteris ſuperare. cor-
pus enim noſtrum velut veſtimentū
eſt. Si igitur illud diligenter tracta-
ueris ſtabit. ſi autez neglexeris illud
putreſcit. Qui cum audiſſet eum fe-
cit ita. et intra paucos dies receſſit
ab eo ſtimulus.

.cxi.

Venerunt aliquando quidam

grecorum vt darent elemosynam in ciuitate ostiatim et assumpserunt ico nomos ecclesie vt ostenderet eis qui necessitatem maiorem haberent Illi autem duxerunt eos ad quendam le prosum et dederunt ei. Ille vero no lebat accipere dicēs Ecce modicas palmas habeo q̄s operor et plectas facio et ex eis manduco panem. Et iterum duxerunt eos ad cellam vni vidue que erat cum filiabus suis Et cū pulsarent ostium cucurrit filia ei ad ostium nuda Mater autē ei abie rat ad quoddam opus.erat enim cā didatrix. Et dabāt filie eius vestimē tum et nummos Illa autez nolebat accipere dicens venisse matrem suam ⁊ dixisse sibi Confide quia voluit de us et inueni opus quod faciam ho die vnde habeamus victum nostrū. Et cum venisset mater eius rogabāt eā vt acciperet et noluit dicens Ego habeo procuratorem meum deum ⁊ vos vultis eum tollere a me hodie. Illi autem cognoscentes fidem eius glorificauerunt deum.

.cxij.

Narrauerunt senes de quodaz ortulano quia laborarret et omnez la borem suum expenderet in elemosy nam.et tantum sibi retineret quantū ad victuz sibi sufficeret. Postea vero sathanas misit ī cor eius dicens Col lige tibi aliquātam pecuniam ne cuz senueris aut egrotaueris opus habe as ad expēsas.et collegit et impleuit lagenam de nummis. Contigit autē eum infirmari et putrefieri pedez ei ⁊ expendit ī medicos quod collectuz fuerat.et nihil ei ꝓdesse potuit. Po stea vero venit quidam de expertis medicis et dixit ei. Nisi incideris pe dem tuum totuz corpus tuum putre fiet. Et constituerūt vt inciderent ei pedem. Illa autem nocte rediens in semetipsum et penitentiam agens de his que gessit īgemuit et fleuit dicēs Memor esto operum meorum prior domine que faciebam cum labore ī orto ex quo pauperibus ministrabā Et cum hoc dixisset astitit angel domini et dixit ei. Ubi sunt nūmi quos collegisti et vbi est spes tua de q̄ tra ctasti Tunc intelligens dixit. Pecca ui domīe ignosce mihi ⁊ amodo hoc vlterius non faciam. Tunc angelus domini tetigit pedem eius ⁊ sanatus est statim et surgēs mane abijt ī agr operari Venit ergo medicus fm cō stitutum tempus cum ferramentis vt secaret pedem eius.et dicunt ei. Exijt mane operari in agrum. Tunc admi ratus medicus perrexit in agruz vbi operabatur ille ⁊ videns eum fodien tem terram glorificauit deum q̄ red didit ei sanitatem.

.cxiij.

Sāctus abbas Anthonius cū sederet aliquando in heremo aīmus eius tedium et confusionem cogita tionum incurrit Et dicebat ad dōm Domine volo saluus fieri. ⁊ non me pmittūt cogitatōnes mee. quid faciā in hac tribulatōne.quomodo saluus ero. et modice assurgens cepit foras ire ⁊ vidit quendam tanq̄z seip̄m sedē tem necnon et operantez deinde sur gentem ab opere.et orantem et iterū sedentem ⁊ plectam de palmis faciē tem.inde rursus ad orationem surgē tem. Erat autē angelus domini mis sus ad correptionem et cautelā dan dam anthonio.et audiuit vocem an geli dicentis. Sic fac et saluus eris. Ille autem hoc audito magnuz gau dium sumpsit atq̄z fiduciam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

.cxiiij.

Narrabant ⁊ abbate milidion quia cum habitaret aliquando cum duobus discipulis suis in finibus p sarū exierunt duo filij īperatoris fm consuetudinem in venationem. et miserunt rethia in longum per milia q̄ draginta vt quodcūqz intra rethia inueniretur tentum occiderent Inuētus est autem senex cuz duobus discipulis suis intra rethe. Et cum vidissent eum pilosum et terribilē aspectu ammirati sunt et dixerunt ei Homo es an spūs aliquis dic nobis? Et dixit eis Homo sum peccator et exiui flere peccata mea. ⁊ adoro iesum christum filium dei viui Illi autem dixerunt ei. Non est alius deus nisi sol et ignis et aqua ipsos adora et sacrifica eis Et ille respondit. Ista creature sunt et erratis. sed obsecro vos conuertimini et agnoscite veruz deū qui et ista creauit ⁊ cetera omnia. Illi autem deridentes dixerūt Condemnatum et crucifixum dicis esse verū deum. Et respondit. Etiaz ipm qui crucifixit peccatum. et q̄ occidit mortem hunc dico verum deuz esse. Illi autem tam ipi q̄z fratribus qui cum eo exierant inferētes tormenta cogebant eos sacrificare. Et duos quidē fratres post plurima tormenta decapitauerunt. senem autem diebus multis torquebant. Postea vero statuerunt eum in quendam locum et sagittabant in eum quasi ad signum vn' a dorso alius a pectore. Senex autē dixit eis. Quoniam facti estis in consensum vnum vt effundatis sanguinē innocentē crastino in momento hac hora que modo est sine filijs remanebit mater vestra ⁊ priuabitur affectu vestro. et sagittis proprijs sanguinez vestrum inuicem effundetis. Illi aūt subsannātes ÿba eius exierunt in crastino vt venarenť Et contigit vt euaderet de rethe eorum vnus ceruus ⁊ ascenderūt equos et currebant ut cō prehenderent eum. Qui cuz iactassēt sagittas post ipm inuicez sibi in corde derunt. et mortui sunt iuxta verbū quod prediserat senex.

.cxv.

Senex quidaz sedebat in heremo qui longe habebat aquaz a cella sua duodecim milliaria vbi dū semel iret haurire aquam defecit et dixit. Quid necesse est vt hunc laborez patiar venio et habitabo circa aquam hanc? Et cuz hoc dixisset conuersus est et vidit quendam sequentem se et numerantem vestigia sua Interrogauit autem eū dicens. Quis es tu? Et dixit. Angelus domini sum ⁊ missus sum numerare vestigia tua et dare tibi mercedem. Quod cum audisset senex forti aimo factus est promptior et adhuc longius posuit cellam suaz ab illa aqua quinqz miliaria.

.cxvi.

Frater quidam erat in congregatione inquietus et frequenter inuebatur ad iram Dixit ergo in semet ipo Vado et solus habito alicubi. ⁊ cum non habuero cuz quo dicā vel audiam ero quietus. et quiescet a me passio ire Egrediens ergo manebat in spelunca solus Una autem die implenit sibi suriscula aque et posuit super terram Contigit autez vt subito versaretur. ille autem secundo ⁊ tertio implenit eam et rursus versata ē. Qui commotus furore tenuit vasculum ipm et fregit illud. In se autem reuersus ꝓgnouit qz ab eodē demoē iracūdie fit illusus et dixit. Ecce sol'

sum et vicit me. Reuertar ergo in cō gregatōnem quia vbiqz labore z patientia opus est z maxime adiutorio dei Et surgens reuersus est in locuz suum. cxvij

Senex quidam erat ī thebaida sedens in spelunca et habuit quendā discipulum probatum Consuetudo autem erat vt senex vespere docēt discipulum z cōmoneret eum que eēnt anime profutura. Post ammonitionem faciebant orationem et dimittebat eum dormire. Contigit autē laicos quosdaz religiosos scientes multam abstinentiaz senis venire ad eū. et cum consolatus fuissz eos discesserunt Et postq̄ discesserūt sedit iterū senex vespere post missas ꝓm consuetudinem ammonens illum fratrem z instruens eum. Et cum loqueretur grauatus est somno. Frater autez sustinebat donec excitaretur senex z faceret ei ꝓm consuetudinem oratōem Cum ergo nō euigilante sene diu sederet. discipulus ipsius compulsus ē cogitationum suaruz molestia vt receederet et dormiret Qui extorqués sibi restitit cogitationi et resedit Iterum autem compellebatur somno z non abijt Similiter factum est vsqz ad septies et restitit semp animo suo Post hec iam media nocte transacta euigilauit senex z inuenit eum assidētem sibi et dixit ei. Vsqzquo non discessisti? Et ille respōdit Nō quia nō dimiseras me pater Et senex dixit Et quare me non excitasti? Et respōdit. Non presumpsi pulsare ne te contribularem Surgentes autem ceperūt facere matutinas. Et post matutinarum finem dimisit senex discipulum Qui cum sederet solus factus est ī excessu mentis. et ecce quidam ostendebat ei locum gloriosum et sedem ī eo et super sedem septez coronas Interrogabat autem illum qui ei hec ostēdebat dicēs. Cuius sunt hec? Et ille dicebat. Discipuli tui. Et locum qui dem et sedem pro conuersatione sua donauit ei deus. has autem septē coronas nocte ista promeruit. Hec audiens senex miratus est et tremefact? vocauit discipulum et dixit ei. Dic mihi quid fecisti nocte ista? Dixit ille Ignosce mihi pater quia nihil feci. Senex autez existimās quia humiliādo se non cōfiteretur dixit ei. Credo nō quiesco nisi dixeris mihi quid fecisti. vel quid cogitasti nocte hac. Frater autem nihil sibi conscius quid egissz nō inueniebat quid diceret. Dicebat autem seni Ignosce mihi pater quia nihil feci. nisi tantum hoc ꝓ compulsus motu cogitationum mearum vt discederem et dormirem septies. sed quia a te dimissus ꝓm consuetudinez non recessi Audiens autez hoc senex statim intellexit quia quotiens quis resistit cogitationi sue toties coronatur a deo. Et fratri quidem quia nihil bonum dixit causa vtilitatis sue. sed alijs narrauit hec spiritualib? fratribus vt discamus quia et pro parvis cogitationibus nobis deus coronas tribuit. Bonuz ergo est vt extorqueat sibiipsi homo ī omni re ꝓ deum. etenim scriptum est. regnuz celorū vim patitur et violenti diripiūt illud. cxvij

Egrotauit aliquādo senex quidam qui solitarius habitabat. et qz non habuit qui ei seruiret surgebat et quodcunqz inuenisset in cella sua manducabat Et cum per aliquot dies ista faceret nemo veniebat ad visitationem eius. Transactis autem tri

ginta diebus et nullo veniente ad eū
misit dominus angelum suum q̃ mi-
nistraret ei. Et cum fecisset septez di
es recordati sunt fratres et dixerūt
ad inuicem. Eamus et videamus ne
forte infirmetur ille senex. Cum autē
venissent ⁊ pulsassent discessit angel⁹
ab eo. Senex autem de intro clama-
bat Discedite hinc fratres Illi vero
leuantes a cardine ostiuz intrauerūt
et interrogauerunt euz quare clama
uerit Et ille dixit Quia trigīta dies
habui laborans ī infirmitate mea et
nemo me visitauit Ecce iam septem
dies sūt ex quo dominus angelū suū
misit ministrare mihi Qui cūveniſſe
tis recessit a me Et hec dicens. dor-
miuit in pace. Patres autem valde
mirati sunt et glorificauerunt deum
dicentes quia nō dereliquit domin⁹
sperantes in se. .cxix.

Dicebant de abbate anastasio
quia habuerit codicē in membranis
valentem solidos decem et octo. Cō
tinebat autem vetus et nouum testa
mentum Et positus erat codex iste ī
ecclesia. vt quicunqz vellet de fratri-
bus legeret. Superueniens aūt q̃dā
frater peregrinus applicuit ad senez
Et vt vidit codicem illum concupi-
uit eum et furatus est euz et exiuit at
q̃ discessit Senex autem non est secu
tus post eum vt comprehenderet eū
vtpote qui intellexerat quod fecisset.
Ille autem pergens in ciuitatez que
rebat cui venderet euz. Et cum inue
nissz qui volebat eum comparare ce
pit sedecim solidos precium ipsi⁹ po
stulare. Ille vero volēs eum compa
rare dixit ei. Da mihi primo vt ostē-
dam eum et sic tibi preciuz dabo De
dit ergo illi codicem ad ostendendū
Quem accipiēs ille qui emere cupie
bat attulit eum ad abbatem anasta
sium vt probaret si bon⁹ esset codex
aut si tantum valeret. Dixerat enim
ei et quantitatem quaz venditor po
stulabat Et dixit ei senex Eme eum
quia bonus est codex et valet preciū
quod dixit tibi. Ille autem veniens
dixit venditori aliter nō sicut audie-
rat a sene dicens Ecce ostendi eū ab
bati anastasio ⁊ dixit mihi quia mul
tum est ⁊ non valet quantum dixisti
Ille autem hoc audiens dixit ei Ni
hil aliū dixit tibi senex? Et respōdit
Nihil. Tunc dicit ei. Iam nolo vēde
re eū Cōpunct⁹ ergo venit ad senem
pm̃am agens ⁊ rogabat eū vt recipe
ret suū codicē Senex aūt nolebat ac
cipere eū. Tunc dixit ei frater Quia
si non recipis eū non possuz securus
esse Cui senex Si non potes securus
esse nisi recipiā eū. ecce recipio illum.
Et remansit frater ille apud eū vsq̃
ad exitum suū proficiens ō senis pa
tientia. .cxx.

Venerūt aliqñ latrones in mo-
nasterium cuiusdam senis et dixerūt
ad eum. Oīa que in cella tua sunt tol
lere venim⁹. Et ille dixit. Quātū vo-
bis videtur filij tollite. Tulerūt ergo
q̃cunqz inuenerūt in cella et abierūt.
Obliti sunt aūt ibi sacellum qui erat
abscōsus in cella. Senex vero tollēs
eū secut⁹ ē post eos clamās et dicens
Filij tollite q̃ obliti estis ī cella Illi
vero admirātes patientiā senis reuo
cauerūt ⁊ restituerūt oīa in cellā ipsi⁹
et pm̃am egerūt oēs ad inuicē dicētes
Vic vere homo dei est. .cxxi.

Dicebāt q̃dā senū q̃ audierint ab
aliq̃bus viris scīs iuuenes eē q̃ duca
tū p̄beant senib⁹ in hac vita Et nar
rauerūt dicentes. qz erat q̃dam senex
ebriosus et opabat vnā mattaz ī die

et vendebat eam in vicino vico ⁊ bibebat quod accipiebat de precio ei⁹ Postea vero venit ad eum vnus frater et manebat cum ipo qui similiter operabatur et ipe mattam vnã Tollebat autem eã senex ⁊ vendebat.ambarumqz mattarum precium expendebat in vino. Illi autem afferebat tm̃ panem ad seram. Et cum triẽnio iugiter fecisset nihil locut⁹ est frater ille Post hec vero dixit frater ille in semetipo Ecce nudus sum et panem cum egestate comedo. surgam ergo et discedam hinc. Iterum autem cogitauit ĩ semetipo dicẽs Vbi habeo ire.sedo ego hic propter deum ĩ hac vita cõmuni Et statĩ apparuit ei angelus dm̃ dicens. Non discedas venienus enim cras ad te. Et rogauit frater senẽ illũ ipa die dicens. Nõ discedas hinc alicubi quia veniunt hodie mei tollere me Cũ ergo facta fuisset hora q̃ solebat senex descẽdere ad vicum dixit fratri Non veniunt hodie fili iam enĩ tarde est Et ille dixit ei. Vodis omnibus quia veniũt. Et dum cum eo loquereẽ dormuit ĩ pace. Senex autem flebat dicens. Heu me fili.quia multis ãnis sub negligẽtia viuo.tu autem in paruo tpe saluã fecisti per patientiã animã tuã. Et ex illo die factus est senex sobrius et probatus cxxij

Dicebant de quodam fratre q̃ seni cuidam vicinus erat. quia ingrediebatur et rapiebat quicquid senex habebat in cella sua.et non obiurgabat euz sed extorquebat sibi plus solito manibus operari dicẽs. Credo opus habeo fratre isto.et exigebat a se maiorem solito laborem et astringebat ventrem suum vt cum indigẽtia comederet panez Cum autẽ mori cepisset senex ille circũsteterũt oẽs fratres.et respiciens in eum qui furabatur dicit ei. Junge te huc ad me.et tenuit eum et osculatus est man⁹ eius dicens. Gratias ago manibus istis fratres.quia propter ipas vado ad regna celorum Ille autẽ cõpunctus et penitentiã agens factus est etiam ipe probatus monachus exemplum sumens ꝑ actibus magni illius senis

Narrauit quidam cxxiij patrum dicens quia cum eẽm in oriente venerunt ibi pauperes in vespe sabbati ut accipent agapem Et dormientibus eis erat ibi quidam hm̃s tantummodo mattam cuius medietatem sibi subtermittebat.medietate vero cooperiebatur. Erat enim ibi validum frigus.et cũ exissem ad vrinã audiui vnũ murmurantẽ et gemẽtem de frigore et psolabat semetipm dicens Grãs ago tibi dñe Quãti sunt modo diuites in custodia qui etiã in ferro sedẽt aut pedes habẽt in ligno cõstrictos q̃ neqz vrinã suã bibere faciũt.ego aũt velut imperator sũ extẽdens pedes meos ⁊ vbi volo ambulo. Hec illo dicẽte ego stabã audiẽs verba eius. Ingrediẽs aũt narraui fratribus et audientes multum edificati sunt. cxxiiij

Quidã secularis erat adolescẽs habẽs patrẽ. et desiderabat fieri monachus Et dũ multũ supplicaret patri suo vt dimitteret eũ cõuerti non adquiescebat. postmodũ rogat⁹ a fideli b⁹ amicis vix adquieuit Et egressus frater ille adolescẽs introiuit monasteriũ.et fact⁹ monach⁹ cepit omẽ opus monasterij pfecte pficere ⁊ ieiunare quotidie. Cepit etiam et biduanas abstinere similiter autem semel ĩ hebdomada reficere videbat euz ab

bas suus et mirabatur et bñdicebat
dñm in abstinētia et labore ipsi⁹ Cō
tigit aūt post aliquod tpūs cepit fra
ter ipse supplicare abbati suo dicens
Rogo te abba vt dimittas me et va
dam in heremū Dicit ei abbas. Fili
noli hoc cogitare.non potes sufferre
talē laborē ꝓter tentationes diabo
li ⁊ versutias eius Et si cōtigerit tibi
tentatio nō inuenies ibi qui te cōso;
letur a pturbatione inimici que tibi
illata fuerit Ille aūt cepit ampli⁹ ro
gare vt eū pmitteret abire Videns au
tem abbas eius quia euz retinere nō
poterat facta orōne dimisit eū Post
modū dicit abbati suo Rogo te ab;
ba vt cōcedas mihi qui ostēdat iter
quō pgere debeā et ordinauit cuz eo
duos monachos et abierunt cum eo
Ambulantibus ꝗ eis per heremum
vnā diem et alterā defecerūt pre estu
et proijcientes se in terrā iacebāt. Et
soporati modico somno.ecce aquila
venit pcutiens ꝗ eos alis suis pces;
sit pcul et sedit in terra et euigilātes
aquilam viderunt.et dixerūt ei Ecce
angelus tuus surge et sequere eū. Et
surgens valedicens ꝗ fratribus seq;
batur eam.⁊ venit vbi stabat aquila
ipsa Que mox surgēs volauit vsque
ad vnū stadiū et iteruz sedit. Similiē
seqbatur eā frater ille Et iteruz vola
uit ⁊ sedit nō longe Factum est vero
hoc per horas tres Postmodū autē
cū seqretur eā diuertit ipsa aquila in
dexterā ptem sequētis se ⁊ non cōpa
ruit. Frater vero nihilomin⁹ seqbat
eā Et respiciēs vidit arbores palma
rum et fontē aque et speluncam et di
xit Ecce locus quez mihi pauit dñs
Et ingressus cepit sedere ī ea sumēs
cibū dactylorū ⁊ de fonte aq bibens
Et fecit p̄dictus frater ibidē annos
sex neminem videns Et ecce vna die
venit ad eū diabolus in similitudine
cuiusdā abbatis senioris hns vultuz
terribilē Videns aūt euz frater ille ti
muit Et pcidens in orōnem surrexit
Et dicit ei diabolus. Oremus iterū
frater Et surgentes dixit diabolus.
Quātū tpis habes hic? Et respōdit
Habeo sex ānos Dicit ei demon Ec
ce te vicinū habui ⁊ nō potui cogno
scere nisi āte dies ꝗtuor ꝗa hic habi
tares et ego non longius a te habeo
monasteriū Et ecce āni sūt vndecim
ꝗ de monasterio nō exiui nisi hodie
quia cognoui ꝗ hic mihi in vicinio
habitares Et cogitaui mecū dicens
Vadam ad hominē dei istum et cum
eo conferā quod potest prodesse sa;
luti anime mee Et hoc dico frater ꝗ
nihil pficimus sedētes in cellis istis
quia corpus et sanguinē christi non
pcipimus et timeo ne efficiamur ex;
teri ab eo si nos ab hoc mysterio elō
gauerimus Sz tibi dico frater.ecce
hinc tribus milibus est monasteriuz
habens p̄sbyterū eamus ergo dñico
die aut post duas hebdomadas et
accipiamus corpus et sanguinez xpi
et reuertamur ad cellas nostras Pla
cuit fratri illa suasio diabolica.et ve;
niente die dñico ecce diabolus venit
et dicit Veniamus quia hora est. Et
exeuntes perrexerūt ad predictū mo
nasteriū vbi ille p̄sbyt̄ erat.⁊ ingressi
in ecclesiā miserūt se in orōem Et ex;
urgens ab oratōne frater ille respici
ens nō inuenit qui adduxerat eū ibi
et dixit Vbi putas prexit? Num ad
cōmune necessariū ambulauit.et cuz
diu sustineret nō venit Postmodum
autē exiens foras requirebat eū.⁊ cū
nō reperisset dixit ad fratres loci il;
lius interrogans eos Vbi est abbas

senex ille qui mecum ingressus est in
ecclesiā Et dicunt ei Nos neminem
vidimus aliuz nisi te tantū Tunc co-
gnouit frater ille quia demon fuisset
et dixit Vide cū qua argutia diabo-
lus eiecit me de cella.sed tamen non-
penitet me.quia ad opus bonū veni
Percipio corpus et sanguinē xp̄i et
sic reuertar in cellam meam Et post
missas volentē reuerti tenuit euz ab-
bas monasterij ipsius dicēs Nisi re-
feceris nō dimittemus te Et cuz per
cepisset cibum et regredi vellet in cel
lam suam ecce iteruz venit diabolus
in similitudine cuiusdaz iuuenis secu
laris et cepit eū respicere a sūmo ca
pite vsq̄ ad pedes et dicere ipse est
iste.nō est hic.⁊ cepit eum cōsiderare
Et dixit ei frater Quem sic respicis?
At ille ait Puto non me cognoscis.
Tamē post tātū tempus quomodo
me habes cognoscere? Ego sum vici
nus patris tui filius illius Quomō
autē nō est dictus pater tuus tali no
mine sic et mater tua tale nomen nō
habuit.et tu sic nō vocaris.et manci
pia illa et illa sic non sunt dicta? Pa
ter vera tua et soror ante tres annos
mortue sunt. Pater autē tuus modo
defunctus est.et te fecit heredē dicēs
Cui habeo dimittere substātiaz meā
nisi filio meo viro sancto qui reliquit
seculū et abijt post deum Ipsi dimit
to omnia bona mea. Modo aūt qui
timet deum et scit vbi est dicat et ve-
niēs distrahat et eroget ea pauꝑib⁹
pro anima mea ⁊ sua. Et ꝑrexerunt
multi requirētes te et minime inuene
runt. Ego aūt veniens ex occasione
ꝓpter quoddaz opus hic cognoui te
esse Unde non facias moras sed veni
et vende omnia et fac ꝑm voluntatē
patris tui. Respondens frater ille di
xit Non necesse habeo reuerti ad se-
culū Dicit ei diabolus Si non vene
ris ⁊ deperierit substantia illa in con
spectu dei tui exinde reddes rationē
Quid enim mali tibi dico vt venias
et eroges eas pauperibus et egenis
quō bonus dispensator vt non a me
retricibus ⁊ maleviuentibus extrice
tur quod pauperibus dimissum est?
Aut quid onerosum est vt venias et
facias elemosynas ꝑm voluntatē pa
tris tui pro anima eius ne bona su-
dore eius parta quorū tu heres con
stitutus es in manus dissipatoruz ꝑ
ueniant et postea reuertaris in cellaz
tuam Quid multa.suadens frem de
posuit in seculum et veniens cum eo
vsq̄ ad ciuitatem reliquit eum. Vo-
luit autē frater ille ingredi in domū
patris sui tanq̄ iam defuncto eo et ec
ce ipse pater eius viuus egrediebat.
Et videns eum nō cognouit Et ait
ad eum Quis es tu? Ipe vero turba
tus nihil poterat respondere Et ce
pit euz iteratis verbis pater eius in-
terrogare vnde esset Tunc confusus
dixit ei Ego sum filius tuus. Et ait
illi Ut quid reuersus es Qui erube-
scens dicere qd verū erat dixit. Cha
ritas tua me fecit reuerti.quia desi-
derabā te ⁊ remansit ibi Et post ali
quantū tempus incurrit fornicatiōz
et multis supplicijs afflictus a patre
suo infelix ipse aliquā non egit peni
tentiaz sed remansit in seculo.

cxxv.

Venit abbas macharius ma
ior ad abbatem antoniū in montē
Et cum pulsaret ostiū exiuit ad eū ⁊
dixit ei Tu q̄s es? et ait Ego suz ma-
charius ⁊ claudēs ostiū introijt ⁊ di

misit eum foris. Et cum vidisset po
stea patiētiam eius aperuit ei et gau
dens dicebat ei. Multum tempus ē
ex quo te desiderabam audiens de
te. Et exhibens ei hospitalitatem
refecit eum. erat enim fessus d̄ multo
labore. Vespere autem facto infudit
sibi abbas anthonius modicas pal
mas. et dixit ei abbas machari⁹. Da
mihi vt et ego infundam qd̄ operer
Ille autem dixit ei. Nō habeo plus
Et faciens fasciculum maiorez infu
dit eum. et sedētes a sero et colloquē
tes de vtilitate animarū faciebāt ple
ctam. et ip̄a plecta per fenestram de
scendebat in speluncam. et ingrediēs
mane sanctus anthonius vidit colle
ctionem plectaruz abbatis macharij
et admiratus est et osculans manus
eius dicebat. Multa virtus de mani
bus istis egreditur. .cxxvi.

Frater quidam incidens in ten
tationem tribulando ꝑdidit regulaz
monachi. et cum iterum vellet obser
uantie regularis sibi dare principia
a tribulatione impediebatur. et dice
bat in seip̄o. Qñ habeo me ita inue
nire sic̄ aliqñ erā Et deficiens aīmo
non preualebat vel inchoare opus
monachi. Veniens autez ad quendā
senem narrauit ei que agebantur cir
ca ip̄m Senex autem audiens ea de
quibus affligebatur. adhibuit ei tale
exemplum dicens Homo quidā ha
buit possessionē ⁊ de negligentia ei⁹
in sentes redacta est et repleta est tri
bulis et spinis. Visū est aūt ei postea
vt excoleret eā et dixit filio suo Va
de et purga agros possessionis illi⁹.
Et venit filius vt purgaret Qui cū
respexisset vidit multitudinem tribu
lorum et spinaꝝ increuisse. et deficiēs
animo dixit in seip̄o Quādo habeo
hec omnia eradicare et purgare. ⁊ ꝓ
ijciēs se in terrā cepit dormire? Hoc
autem fecit multis diebus Post hec
venit pater eius ut viderz qd̄ fecerat
et inuenit eum nihil operatum et di
xit ei. Quare vsq̄ modo nihil fecisti?
Et dixit iuuenis ille patri suo. Mox
vt veniebam operari pater cum vi
dissem multitudinem hanc spinaruz
et tribulorum reuocabar ab assum
ptione laboris et a tribulatione pro
ijciebam me in terram et dormiebaz
Tunc dixit ei pater suus. Fili ad mē
suram latitudinis qua iacens terraz
occupas per dies singulos operare
⁊ ita paulatim proficiet opus tuum
et tu pusillanimis non efficieris Qd̄
cum audissz iuuenis fecit sic. ⁊ in par
uo tempore purgata est et exculta
possessio eius. Ita ergo et tu frater
paulatim operare et non deficies. et
deus per gratiam suam restituet te
iterum priori ordini tuo. Hoc audi
to frater ille abijt et cum patientia se
dens efficiebat sicut edoctus fuerat
a sene Et sic inueniens requiem pro
mouebatur per dominum christum
.cxxvij.

Audiuit aliquando iudex pro
uincie de abbate moyse ⁊ perrexit in
sichi vt videret eum Et nunciauerūt
seni de aduentu eius et surrexit ut fu
geret in paludem. Et occurrit ei iu
dex ille cum suis et interrogauit euz
dicens. Dic nobis senex vbi est cella
abbatis moysi? Et dixit eis. Quid
vultis euz inquirere? Homo fatuus
est et hereticus Et veniens iudex ad
ecclesiam dixit clericis. Ego audiēs
de abbate moyse. veni vt viderez eū
et ecce occurrit nobis senex ꝑgēs in
egiptū et interrogauimus eū vbi est
cella abbatis moysi. et dixit nobis.

quid eum queritis fatuus est et here
ticus Audientes autem clerici cōtri
stati sunt dicētes. Qualis erat senex
ille qui hec de sancto homine locut'
est ad vos? Et illi dixerūt Senex ve
tustissimis vestimentis vtens longus
et niger. Et illi dixerunt. Ipse est ab
bas moyses et qz noluit videri a vo
bis ideo hec vobis ipse ō se dixit Et
multum edificatus iudex discessit.

Audiuit aliquan .cxxxviij.
do abbas Anthonius de quodaz iu
uene monacho quia signuz quoddā
huiusmodi fecerit in via Cū vidisz
quosdam senes iter agētes et laborā
tes in ambulando onagris iussit vt
venirent et portarent eos donec per
venirent ad se Illi autem senes indi
caueruunt hec abbati anthonio Di
xit autez abbas anthonius Videtur
mihi monachus ille similis esse naui
onuste omnibus bonis ō qua incer
tum est vtrū puenire possit ad portū
Et post aliquantū tpis cepit abbas
anthonius flere et trahere sibi capil
los ⁊ lugere Quod cū vidissent disci
puli eius dicunt ei. Quid ploras ab
ba? Et rūdit senex Magna columna
ecclesie cedit modo Dicebat aūt hoc
de monacho illo iuuene ⁊ adiecit di
cens. Venite ambulate ad eum et vi
dete qō factū est Perrexerūt ergo di
scipuli ei' et inuenerunt monachum
illū supra mattā sedentem et flentem
peccatū quod fecerat Videns autez
discipulos senis ait illis. Dicite seni
vt oret deū vt decem tantum dierum
det mihi inducias et spero me satisfa
cturū Qui quidē intra ānqz dies de
functus est. .cxxix.

Quadā vice iudex quidā venit
videre abbatē symeonē et pcedētes
clerici dixerunt ei. Abba parat' esto
quia iudex audiens de te venit vt be
nedicatur a te Et ille ait. Etiam ego
me pparabo ⁊ cooperiens se saccum
suum et tollens ī manu sua panem et
caseum sedit in egressu celle sue et ce
pit manducare Venit ergo iudex cū
officio suo et vidētes eum spreuerūt
dicentes. Hic est monachus solitari
us de quo talia audiebamus ⁊ statiz
recesserunt et reuersi sunt ad se.

.cxxx.

Dixit abbas cassianus quia ve
nit frater quidam ad abbatem se ra
pionem et hortabatur eum senex vt
ꝗm morem orationez faceret Ille au
tem dicens se peccatorē et ipsius mo
nachi habitu indignum non adquie
scebat Voluit etiaz pedes lauare ei'
et eisdem iterum verbis vsus non ad
quiescebat Fecit autez illum gustare
⁊ cum gustarēt cepit senex in charita
te monere eum dicens Fili si vis psi
cere permane in cella tua et attende
tibiipsi et fac opera manuum tuarū
Non enim tibi tātum procedere ex
pedit quantū sedere in cella tua Ille
autem audiens ita exacerbatus est ⁊
vultum mutauit vt nec latere posset
senem Dixit autem ei serapion Usqz
modo dicebas peccator suz accusās
teipsum tanqz indignus sis etiam vi
uere. et quia te in charitate commo
nui ita exacerbari debuisti. Si enim
vis reuera humilis esse q̄ tibi ab alio
imponuntur disce portare viriliter.
⁊ non odiosa verba effūdere tibiipsi
Hec audiens frater penitētiā gessit
coram sene. et multum proficiens di
scessit. cxxxi

Supervenit quidam venatio
nem faciēs in silua agrestium anima
liū et vidit abbatē āthoniū gaudētē
cum fratribus et displicuit ei Volēs

autem senex ostendere ei quia oporteret aliquando condescēdere fratribus dixit ei. Pone sagittam in arcuz tuum et trahe. et fecit sic. et dicit ei. iterum. Trahe. et traxit. Et rursus dicit ei Trahe adhuc. ⁊ dicit ei venator. Si supra mensuram traxero frāgitur arcus. Dicit ei abbas anthonius Ita est et in opere dei Si plus a mensura tendimus fratres cito deficiunt. expedit ergo vna hora relaxare rigorem eorum. Hec audiens venator compūctus est et multum proficiens in sermone senis discessit. et fratres confirmati reuersi sunt ad suum locum

cxxxij

Venit abbas isaac d̄ thebaida in congregationem fratrum et vidit quendam de fratribus culpabilez et adiudicauit eum Cum autem exisset ad heremum venit angelus domini et stetit ante ostium celle eius dicēs. Non te permitto intrare Ille autez rogabat eum dicens Que est causa? Et respondens angelus dixit. Deus me misit ut dicerem tibi. vbi iubes vt mittam illum fratrem culpabilē quē adiudicasti Et statiz abbas isaac penitentiam egit dicens Peccaui ignosce mihi Et dixit angelus Surge ignouit tibi deus. sed custodi de cetero ne adiudices quenq̄ prius q̄ de⁹ adiudicet eum.

.cxxxiij.

Factus est aliquando conuent⁹ in sichi ⁊ loquebātur patres de quodam fratre culpabili Abbas autem pior tacebat. Postea vero surgens egressus est et tollens saccum impleuit eum arena. et portabat euz in humeris suis et mittens in sportellā modicum de ipsa arena portabat etiaz et ip̄am in ante. Interrogatus autē a patribus quid hoc esset. ille respondit Saccus iste qui multam arenam habet mea peccata sunt et quia multa sunt posui ea supra dorsum meum ne doleam pro ipsis et plorem Ista autē arena modica peccata sunt isti⁹ fratris et sunt ante faciem meam et ī ipsis exerceor iudicans fratrem. Qd̄ non oportet ita fieri sed mea magis peccata ante me debent esse et de ipsis cogitare et rogare dominuz vt ignoscat mihi Audientes autē patres dixerunt. Vere hec est via salutis.

.cxxxiiij.

Ad quendam solitarium venit presbyter cuiusdam basilice vt consecraret ei oblationem ad communicādum Veniēs aūt quidam ad ip̄m solitarium accusauit apud illuz eundē presbyterū Qui cū ex cōsuetudine iterū venisset ad eū vt consecraret oblationē scandalizatus est ille solitarius et nō aperuit ei. Presbyter āt hoc viso discessit Et ecce vox facta est ad solitariū dicēs Tulerūt sibi hoīes iudiciū meū Et fact⁹ ē velut in excessu mentis et videbat q̄si puteū aureum et situlā aureā et funē aureū et aquaz valde bonā. videbat āt ⁊ leprosū quēdā hauriētē ⁊ refūdētē ī vas ⁊ cupiebat bibē. ⁊ nō bibebat eo ꝙ leprosus erat ille q̄ hauriebat Et ecce vox iterꝝ ad eum dicēs Cur non bibas ex aq̄ hac. quā causam habet qui implet? Implet em̄ solummō ⁊ infūdit ī vas In se āt reuersus solitarius et cōsiderās virtutē visionis vocauit p̄sbyterꝝ et fecit eū sic p⁹ scīficare sibi oblatōz

Fuerunt duo fratres cxxxv.

magne vite in congregatione et meruerūt singuli videre gratiā d̄i ī alter utrū Factuz aūt est vt aliqn̄ vnus ex eis egrederet sexta feria extra cōgre

gationem et videret aliquem mane manducantem et dixit ei. Hac hora manducas in sexta feria Tantum ei dixit. Die autem sequente facta est celebratio missarum fm consuetudinē ⁊ ingressi ecclesiam intuens frater eiꝰ vidit gratiam quē ei data fuerat discessisse ab eo ⁊ contristatus est. Qui cum venissent in cellaz dicit ei Quid fecisti frater quia nō vidi sicut prīdē gratiam dei in te? Ille autem respondens dixit. Ego neqz in actu neqz ī cogitationibus conscius mihi sū alicuius mali. Dicit ei frater eius. Nec sermonem aliquez odiosum locutus es Et recordatus dixit ei. Etiā. Postero die vidi quendam mane manducantem et dixi ei. Hac hora manducas in sexta feria. hoc est peccatuz meum. Sed labora mecū duas hebdomadas et rogemus deuz vt mihi ignoscat. Et fecerunt ita. Et post duas hebdomadas vidit frater gratiā dei iterum venientem supra fratrem suum et consolati sunt deo qui solus bonus est gratias referentes.

.cxxxvi.

Venerunt aliquando tres senes ad abbatem achillem. et vnus ex eis habebat opinionez malam Dicit autem ei vnus ō senibus. Abba fac mihi vnam sagenam ad piscandum Et ille dixit Non facio. Et alius dixit. Fac nobis vt habeamus memoriaz in monasterio nostro. Et respondit ille Non mihi vacat Dicit ei tertius ille qui habebat opinionem malam Mihi fac abba sagenam vt habeam de manibus tuis benedictionem Et ille respondit ei. Ego tibi faciam Dixerunt autem ei duo priores secrete quibus nō adquieuerat Quomodo sic quia nobis rogātibus noluisti facere. et huic dixisti ego tibi faciam. Respōdit senex. Vobis ideo dixi nō facio quia nec mihi vacat et nō contristabamini. Huic autem si non fecero dicturus ē quia de opinione mea que mala est audiuit senex Ideo noluit mihi facere sagenam et statiz incideremus funem. sed erexi animum eius ne tristicia absorberetur huiusmodi.

.cxxxvij.

Dicebant de quodaz sene quia fecerat quinquaginta ānos neqz panem comedens neqz aquam bibens. et dicebat. quia extinxi fornicatōem et auariciam et vanam gloziam. Ut uero abbas abzaham audiēs q̄ hec dixisset. venit ad eum et dixit ei. Tu dixisti hunc sermonem. Et ille respōdit. etiam. Et dixit ei abbas abzabā. Ecce intras in cellam tuā et inuenis supza mattam tuaz mulierem. potes nō cogitare quia mulier est. Et dixit non. sed repugno cogitationi mee vt non tangam mulierem illam Dicit ei abbas abzaham Ecce igitur non interfecisti cogitationē. quia viuit passio ipa alligata est. Iterū si ambulas in via et vides lapides ⁊ testas vasorum. et inter ipas iacet aurum potes mēte tua aurum quod videris velut lapides reputare. Et respondit non. sed resisto cogitatōni mee ne colligā illud. Et dicit ei abbas abzaham. ecce ergo viuit passio sed alligata est. Et dicit ei iterum abbas abzaham. Si audieris de duobus fratribus q̄ vnus diligit te et bona de te loquit. alius autem odit te et detrahit tibi. et venient ad te vtrosqz equaliter suscipies. Et dixit non. sed exortor queo animo meo vt similiter bene faciam ei qui me odit sicut ille q̄ me diligit. Et dicit ei abbas abraham.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Viuunt ergo passiones sed tantūmō a sanctis viris quodammodo religā tur. .cxxxviij.

Transeunte aliquādo abbate ef frem vna prostituta ex immissiōe cu iusdam cepit ei blandiri cupiens euz si posset ad turpem commixtionez in clinare. vel si hoc non posset saltem ad iracundiam provocaret. quoniaz nunq̄ eum vidit quisq̄ irascentez vel litigantem. Ipe autem dixit ad eam Sequere me. Cum venissent autem ī loco populoso dicit ei. Veni huc sic̄ voluisti commisceor tecum Illa aūt videns multitudinem dicit ei. Quo modo hic possumus hoc facere ī tan ta multitudine astantium. Confūdi mur enim. Ipe autem dixit ei. Si ho mines erubescis quātomagis debes erubescere deum qui revelat occulta tenebrarum Illa autem confusa ⁊ re futata recessit absqz opere voluptatis sue. cxxxix.

Dicebant de abbate Iohanne breui statura quia dixerit aliquādo fratri suo maiori. Volebam esse secu rus sicut angeli sunt securi. nil operā tes sed sine intermissione collaudantes deum. et mox spolians se quo vestit° erat abijt in heremū. et facta ibi vna ebdomada reversus est ad fratrē suū et dum pulsaret ostium respondit ei. anteq̄ aperiret dicēs Quis es tu? Et ille dixit. Ego sum iohannes. Et re spondens frater eius dixit ei. Johā nes angelus factus est et vltra inter homines non est Ille autez pulsabat dicens. Ego sum Et non aperuit ei sed dimisit eum affligi vsqz mane Po stea aperiens dixit ei Si hō es opus habes iterum operari ut viuas. Si autem angelus es quid queris intra e in cellam? Et ille penitētiam agēs dixit Ignosce mihi frater quia pec caui. .cxl.

Abijt quidam frater aliquādo de monasterio abbatis pastoris per egre et applicuit ad quendam solita rium Erat enim ille habens cuz om nibus charitatem ⁊ multi veniebant ad euz. Nunciauit autē ei frater ille quedam de abbate pastore. Qui au dīs virtutes animi eius desiderauit eum videre Cum autem reversus eēt ille frater in egiptum post aliquantū temporis surgens supradictus solita riusvenit cū pegrinis in egiptuz ad eundem fratrem qui prius applicue rat apud euz. dixerat enim ei vbi ma neret Videns autem eum ille mirat° est et valde gauisus Dixit autem ei il le solitarius Ostende charitatez quā habes in me. et deduc me ad abbatē pastorem Et tollens eum duxit ad se nē ⁊ nunciauit ei de eo dicens Quia magnus homo est et multaz charita tem habens ⁊ honorem plurimum ī provincia sua venit desiderans te vi dere Suscepit ergo eum cum gratu latione senex et salutantes se invicem resederunt. Cepit autem loqui pere grinis ille frater de scripturis sāctis et de rebus spiritualibus Abbas au tem pastor auertit faciem suam ⁊ nō dedit ei responsum. Videns autem il le q̄ non loqueretur cuz eo contrista tus exijt et dicit fratri illi qui euz ad duxerat Iuuanū iter istud assumpsi veni enim ad senem et ecce nec loqui mecum dignatur Intrauit autez fra ter ad abbatem pastorem et dicit ei. Abba propter te venit magnus hic vir habens tantam gloriam in loco suo. quare nō locut°es cū eo? Rndit ei senex. Iste de sursum est ⁊ de celesti bus loquitur. ego autem ō deorsū, si

et de terrenis loquor. Si ergo mihi locutus fuisset de passionib' anime ego vtiq; responderem ei. Sed quia de spualibus loquitur ego hec igno ro. Exiens aut frater dixit ei. Senex non cito de scripturis inquirit. sed si quis ei loquitur de passionibus ani me respondit ei Tunc ille cōpunctus intrauit ad senē et dixit ei. Quid faci am pater abba quia passiones aime dsantur mei? Et intuit' eū senex gau dēs dixit ei. Modo bene venisti. nūc aperiens os meū de his impleo illō bonis Ille aut valde edificatus dice bat Vere hec ē vis charitatis Et gra tias agens deo qui tam sanctum viz videre meruit reversus est in regionē suam. .cxli.

Item frater quidam interroga uit abbatē pastorez dicens. Dimissa est mihi hereditas quid facio ex ea? Dicit ei abbas pastor. Vade et post tres dies veni et dico tibi. Venit aut sicut prefiniuit. ⁊ dicit ei senex. Quid tibi habeo dicere frater? Si dixero ti bi da eam ecclesie clerici sibi faciunt conuiuia ex ea. si aut dixero da eam parentibus tuis non ē tibi merces. si aut dicā da pauperibus securus eris Quicqd ergo vis vade fac. ego cau sam non habeo. cxlij.

Venit quidam frater ad abba tem siluanū in montem syna et vidit fratres operantes et dixit seni. nolite operari cibum qui perit Maria enim optimā partem elegit Et dixit senex discipulo suo. Voca zachariā et mit te istū frēm in cellam vbi nihil est. Et cū facta esset hora nona intendebat ad ostium si mitterent ⁊ vocarent eū ad manducandum Et cum nemo lo queretur ei surgens venit ad senem ⁊ dicit ei. Abba fratres hodie non co mederunt. Et dixit senex. Etiam iaz comederunt Et dixit ei frater ille Et quare me non vocastis? Et respōdit senex. Tu homo spualis es et non in diges hoc cibo. nos aut carnales su mus et volentes manducare propte rea operamur manibus nostris. Tu vero partē bonam elegisti legens to ta die et nolens sumere carnalē cibū Qui cū hec audisset prostrauit se ad penitentiam dicens Ignosce mihi ab ba. Et dixit ei senex. Puto opus ha bet omnino maria marthe. per mar tham enī maria laudatur cxliij.

Venit aliquando monach' qui dā ab vrbe roma qui in palatio ma gnū locum habuit et habitabat in si chi ī vicinitate ecclesie Habebat au tem secū vnuz seruū qui ministrabat ei. Videns autez presbyter ecclesie in firmitatem eius et cognoscens qz de delicijs esset vir ille ex q̄ quod ei do nabat deus. vel q̄ in ecclesiam intra bat transmittebat ei. Qui cum fecissz vigintiquinq; annos in sichī factus est vir contemplator preuidens ⁊ no minatus. Audiens autem quidam ō magnis monachis egiptijs opinio nem eius venit videre eum. sperans conuersationē corporalez plus apud eum arduam inuenire Qui cum trā sisset salutauit eum. et facientes ora tionem sederunt Videns autem eum egiptius vestitum mollibus rebus ⁊ mattam de papiro et pellem stratazz sub ipso et modicum capitale sub ca pite eius. sed et pedes mundos habē tem cum caligulis scandalizatus est intra se dicēs quia ī loco illo nō erat consuetudo taliter puersandi sed ma gis duram abstinentiam habere cō sueuerant Senex autem ille roman' habens prēplatōis siue puidētie gra

tā intellexit qz ſcandalizatus fuerat
egiptius monachus eo et dixit mini
ſtro ſuo Fac nobis hodie ꝓpter ab
batem qui venit bonam diez et coxit
parua olera que habebat et ſurgen
tes hora competēti cōmederunt. ha
buit etiam et modicum vini propter
infirmitatem ſuam et illud biberūt.
Et dum factum eſſet veſpere dixerūt
duodecim pſalmos et dormierūt. Si
militer autem et nocte Et ſurgēs ma
ne egiptius dixit Ora ꝓ me Et egreſ
ſus eſt non edificatus in eo. Et cum
paululum diſceſſiſſet volens eū ſenex
ille romanus ſanare miſit poſt ipſum
et reuocauit illum Et cuz veniſſet cū
gaudio iterum ſuſcepit eum Et inter
rogauit eum dicens Ex qua ꝓuin
cia es? Et ille dixit. Egiptius ſuz Et
dixit ei cuius ciuitatis? Et reſpōdit.
Ego omnino non fui in ciuitate nec
habitaui aliquando ī ciuitate ſed in
agro erā. Et dixit ei. ergo anteq̄ mo
nachus eſſes quid operabaris ī poſ
ſeſſione qua manebas? Et reſpondit
Cuſtos eram agrorum. Et dixit illi.
vbi dormiebas? Reſpondit in agro.
et dixit. habebas aliquod ſtratum?
Reſpondit Ego in agro vnde potui
habere ſtramenta in quibus dormi
rem. et dixit Quomodo dormiebas?
Rñdit in terra nuda. et dixit. qd mā
ducabas in agro aut quale vinuz bi
bebas? Iteruz reſpondit. que ſūt eſce
aut qualis pot' i agro? Et dixit. qūo
ergo viuebas? Reſpondit Manduca
bam panem ſiccum et ſi inueniebam
aliquid de ſalſamētis 7 bibebā aquā
et dixit ſenex Grādis labor Ei iterū
dixit. erat ibi balneum in poſſeſſiōe
vbi lauaueris? Et ille dixit non. ſed ī
flumine lauabar quando volebā Cū
q̄ omnia ab eo ſenex per reſponſionē
eius exegiſſet et cognouiſſet modum
prioris vite eius atq̄ laboris volens
eum proficere narrauit ei ſuam vitā
preteritam quam habebat cum eſſet
ſecularis dicens Ade miſerum quem
vides ō magna illa ciuitate roma ha
bens in palatio magnum locuz apō
imperatorem Et cum audiſſz egipti'
initia verborum eius compunctus ē
et ſolicite que dicebantur audiebat.
et ille adiecit dicens Relinque ergo
romam et veni in ſolitudinem iſtam
Et iterum dixit Ade quem vides ha
bui domos magnas et pecunias mul
tas et contempſi eas et veni in iſtam
paruam cellam. Iterum ait Ade quē
vides lectos veſtitos ex auro habui
habentes precioſiſſimas veſtes et ꝓ
his dedit mihi deus iactam hanc ō
papiro et hanc pellem Sed 7 veſtes
mee ineſtimabili precio digne erant.
et pro illis vtor his vilibus reb' Et
iterū dixit In prandio meo multum
auri extendebatur et ꝓ illo dedit mi
hi de' modicū oleris et puum calicez
vini. Erant autē et qui ſeruiebāt mi
hi plurimi ſerui et ecce pro illis iſtuz
vnū ꝓpunxit deus ut miniſtret mihi
ꝓ balneo autē ꝓfūdo modica aqua
ꝓfūdo pedes meos et caligulis vtor
propter infirmitatē meā Et rurſus ꝓ
calamis et citharis vel alio muſicoꝝ
ope quo delectabar in cōuiuijs meis
dico mihi xij. pſalmos in die et xij. in
nocte Et pro peccatis meis que ante
faciebam modo cum requie exhibeo
puum et inutile miniſteriuz deo. Ñ
rogo abba vt non ſcandalizeris ꝓ
infirmitatē meā Et hec audiēs egip
tius atqz in ſemetipm reverſus dixit
Ve mihi quia ego de multa tribula
tione et plurimo labore ſeculi magis
ad paulandum in conuerſatione mo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nachi veni et qd nō habebā tūc mō habeo.tū autē ex multa delectatione seculi voluntate ꝓpria in tribulatōnē venisti.et ex mlta gloria atq diuitijs venisti in humilitatē ⁊ pauptatē. Ex quo multū ꝓficiens discessit et factꝰ est ei amicus et sepe veniebat ad euz sue vtilitatis causa. Erat enim vir discernens et repletus bono odore spiritussancti cxliiij..

Fratres de cōgregatione venerunt in heremum et applicuerunt ad quendā heremitā ⁊ suscepit eos cum gaudio.⁊ sicut est cōsuetudo heremitis videns eos de labore posuit mensam extra horā et quod habuit in cella apposuit eis et repausauit eos. Et qn̄ factū est sero dixerūt.xij.psalmos similiter et nocte.cum aūt senex vigilasset audiuit illos inter se loquētes et dicētes·quia solitarij viri plus repausant in heremo q̄ nos in congregatione Mane aūt facto cū ambulaturi essent ad alium vicinū dixit eis. Salutate eū pro me et dicite ei Nō adaques olera Ille aūt cū hoc audisset intellexit verbū et tenuit eos vsq̄ sero laborātes ieiunijs Cū autē sero factum esset fecit plixius opus dei ⁊ postea dixit Cessemus modice ꝓpter vos quia de labore estis Et dixit iterum Quotidie quidē manducare nō solemus sed ꝓpter vos gustamus modicū. Et apposuit eis panē siccum et sal dicens Ecce ꝓpter vos festiuitatē habemꝰ hodie Et misit parum aceti in salibus illis Et surgentes ceperūt psallere vsq̄ mane ⁊ dixit eis Propē vos nō possumꝰ adimplere regulam nostrā vt modice pausetis q̄ pegrini estis Mane aūt facto volebāt fugere Ille aūt rogabat eos dicēs Manete aliquātū tpis nobiscum.fin alias vel ꝓpter mandatū tres dies fm cōsuetudinē heremi facite nobiscū Illi autē videntes quia nō relaxaret eos fugerunt occulte cxlv.

Sedente aliqn̄ abbate siluano i monte syna volens discipulus eius abire ad quoddā monasteriū suū dixit seni Dimitte aquā ⁊ riga ortū. Ille aūt exiens ad dimittendā aquaz tegebat faciē suam de cuculla sua tātū ad pedes suos intendēs Cōtigit aūt vt ipsa hora quidā supueniret ad eū et videns euz a longe cōsiderauit q̄d faceret Et cū pueniſset ad eum dixit ei Dic mihi abba vt quid tegebas de cuculla faciē tuam et sic adaquabas ortum Et dixit ei senex Ne viderent oculi mei arbores et occuparetur mens mea ab opere suo in consideratione earum cxlvi.

Frater quidam in celis infundebat palmulas suas Qui cum sedisset facere plectas dicit ei cogitatio sua vt iret ad quendaz senem visitare eū et iterū cogitās in semetipo dicebat Post paucos dies vadaz.et dicebat ei cogitatus suus Si inter hec moriē quid faciā sed vade modo vt loqris ei ꝓpter estiuū tpus.et iterū dixit inē se sed nō est modo tēpus Iterū autē cogitauit dicēs Sed cuz incides scirpum ad mattas sit tempus. Rursus dixit.expendo palmulas istas ⁊ tunc vado. rursus dixit in semetipo. Sed hodie bonum aerem facit.⁊ surgens reliquit palmas infusas et tollēs melotem suam ibat Erat autem senex q̄dam vicinus ei vir preuidens. Qui cum vidisset eum in impetu ambulātem clamauit dicens. Captiue capti ue vbi curris? Veni huc ad me. Qui cum venisset dicit ei senex. Reuertere in cellam tuam. Ille autez frater nar

rauit ei fluctus quos pertulerat ī cogitationibus suis et ita reuersus est ī cellam suam. Et cum ingressus fuisz in eam prostrauit se z penitentiā egit Hoc facto voce magna sbito demones clamauerunt dicētes. vicisti nos monache vicisti nos et facta est matta eius supra quam iacebat velut ab igne vstulata. demones autem velut fumus exterminati sunt Sicqz frater ille dividicit versutias eorum.

.cxlvij.

Narrauit abbas Cassianus de quodam sene in heremo sedēte quia rogauerat deuz vt donaret ei ne dormitaret aliquando cuz de spūalibus rebus sermo fieret Si autem detractiōis aut ociosa verba statim ī somnum conuerteretur vt non huiusmodi venenū aures eius exciperēt. Dic dicebat diabolum studiosum esse vt moueret homines ad verba ociosa. impugnatorem autem totius doctrine spūalis. Ad quam rem hoc vtebatur exemplo Loquente inquit me aliquando de vtilitate animarū ad qdam fratres taz profundo somno occupati sunt vt nec palpebras oculorum mouere potuissent. ego autē volens ostendere opus demoniacuz eē ociosarum reruz verba introduxi ad que illi audientes statim a somno relicti sunt. ego autem ingemiscens dixi. Usqz nunc de celestibus rebus loq̄bamur et omnium vestrū oculi somno grauissimo tenebantur. quando autem sermo ociosus inuentus ē omnes prompti audire cepistis. Propē quod rogo fratres charissimi cognoscentes maligni demonis opus esse attendite vobismetipsis custodiētes vos a somno quando aliquid de spiritualibus facitis vel auditis

